Magisterium rum plantationem, stagnorum effossionem mineralium et purga-
tionem terre, divisiones agrorum et mensurationes terrarum,
[illegible] peregrinationes longinquas multorum et paupertates
magnas, et generat omnia vina vilia. Ex pannis habet
Sapores nigros. Ex saporibus acetosum. Ex arboribus quer-
Arbores cum, sambucum, palmam, platanum, vitem et omnes arbo-
res grossas asperas virtutem habentes. Ex herbis cuminum,
Herbe ruttam, cepas et omnes herbas habentes confundentia folia

vel radice grossa. Ex speciebus aloe epatic mirra aloes
citram coloquintida cassia storacem. Ex alibus cam-
elos ursos asinos porcos simias canes cattos et omnia
que in nocte vagantur. Ex avibus omnes longum collum
habentes et vocem grossam ut grues strutiones et corvos
et omnia alia sub terra commorantia minuta et fetida. Ex
coloribus habet nigrum. Ex locis omnibus montes nigros te-
nebrosos obscuros puteos profundos et fossata. Item si
divisor fuerit orbis magni vel dominium obtinens in locis
magnarum coniunctionum eclipsium vel renovationum et fuerit im-
peditus impedietur omne quod est eius et eorum. Iupiter ma-
sculinus diurnus calidus et humidus. Significator presulum cardi-
nalium iudicum legistarum consiliatorum et civium. Ex com-
plexionibus habet sanguineam. Ex hominibus album rubedine
mixtum oculos grandes habentes et celestes pupillam la-
tam nares equales et breves latam barbam crini-
bus crispum et calvum pulcre stature et boni moris
habet honorem et secundum animam iustum sapientem verum ho-
nestum laudabilem et parentem. Habet aspectum in le-
gibus et scientiis iudiciorum prophetie et interpretatores sompni-
orum. Ex linguis habet grecam. Ex membris exterioribus
aurem sinistram. Ex membris interioribus epar. Ex legibus
christianitatem. Ex gravis firmitatem et ordinem. Ex
magisteriis iustitiam indicare partem tractare et in bonis stu-
dere. Ex pannis albos. Ex saporibus dulcem. Ex lapi-
dibus smaragdum cristallum et omnes albos claros et lu-
cidos et omnes teroros et preciosos. Ex metallis stannum
et tutia. Ex arboribus nuces avellanas et omnes
arbores fructificantes cum cortice ut pinus amigdalus.
Ex herbis mentam rosam et omnes bonum habentes odorem.
Ex speciebus crocum sandalum muscum et ambram.
Ex alibus omnia formosa que non offendunt ut cami-
las eius et huiusmodi. Ex avibus omnes formosas ut
pavones picas gallos turtures columbos et retras
ad colorem rubrum declinatas. Ex alibus minimis que
sunt preciosa ut vermes sericosos et huiusmodi. Ex co-
loribus album ad rubeum declinantem vel secundum alios vi-
ridem. Ex locis omnibus oratoria et omnia loca mun-
da et sacra. Item si fuerit divisor orbis magni vel
dominus coniunctionis magnarum eclipsium vel revolutionum et fuerit
eius hoc impeditus impedietur omne quod est eius et eorum.
Mars masculinus diurnus calidus et siccus significat stre-
nuos bellatores et duces. Ex complexionibus habet

Species
Aialia
Aues
Color
Loca
Jupiter
Status personarum
complexio
hominis
qualitas animi
Artes
Idioma
Secta
Materia
pannus
Membra
sapores
Lapides
Metalla
Arbores
herbis
sepebus
Aialia
Aues
Colores
Loca
qualitas naturalis
Mars

hoies Marcat — Mores — artes — Idyoma — sertam — Mgrius — Membra — Color — Sapor — Metalla — Arbores — Spes — Amalea — Loca — ·Sol· — Statum hominum — Complexio — Colorem — Artes — Idyoma — Membra — Pannos — Saporibus — Lapides — Metallum — Arbores — herbas — Triticum ☉ cum ♄ — bestias

colica. Et ex hominibus acutum aspectum habentem faciem rubeam atque rotundam, capillos rufos, oculos glaucos, signum vel maculam in pede habentem. Et ex moribus acuitatem (?) inconstantem, celerem in agendo, turpia loquentem vel loquentes, videntem infidelem, in promissis mendacem, inutilem in consilijs et male operantem. Habet aspectum in servitutem armigeros et flenbethonos (?). Et ex linguis habet persicam. Ex legibus gentilem et legis mutatorem. Et ex membris posterius narem. Ex intrinsecis fel. Et ex magisteriis omne quod fit per ignem ut fabricare ferrum et arma bellica, oppressionem, sanguinis effusionem, duratum (?) [illegible] et velocitatem expeditionis. Et ex pannis glaucas et pelles varias. Ex saporibus amarum. Ex lapidibus sardium et omnes rubeos et obscuros. Et ex metallis calibem et es rubeum. Ex mineralibus auripigmentum rubeum et sulfur et omnes species infirmitatis (?). Et ex arboribus pineam. Ex speciebus omnes calidas in natura ut piper euforbium scamoneam et corondium (?). Ex odoribus sandalum rubeum. Et ex animalibus camelos et omnia dentes magnos habentia et ledentia. Et ex avibus predatrices (?) mirros (?) et sapientes (?). Et ex coloribus valde rubeum. Et ex locis castra fortia et loca defensibilia. Et loca in quibus accenditur ignis. Et si fuerit impeditus impedietur omne quod est eius ut in saturno dictum. Sol masculinus diurnus calidus et siccus malus per coniunctionem et bonus per aspectum. Signator enim regum principum magnatorum nobilium et honorabilium. Ex complexionibus habet [illegible]. Et ex signis habet fuscum colorem hominum id est croceum et nigrum vel rubeum, capillos habentem crispos et aliquantulum croceos, calvum, pulcri corporis et stature brevis. Et habet aspectum ad generationem et pietatem (?) et appositionem individuorum. Et ex linguis habet gallicam et participat in greca cum mercurio. Et ex membris exterioribus oculum dextrum. Ex interioribus cor. Ex legibus legem gentilium et specialiter ~~[illegible]~~ plurium adoratores. Et ex magisterijs regum principatus consiliatores venatores atque purgationem vel animi seu corporis purgandi corporis motus (?) et [illegible]. Et ex pannis preciosas aureos sericos. Et ex saporibus dulcem. Ex lapidibus rubinum et gargarinosum (?). Et ex metallis aurum. Ex arboribus altos et preciosas ut palmas. Et ex herbis crocum et rosas et in tritico grano et oliuis participat cum saturno. Ex speciebus lignum aloes sandalum bacas et omnes calidas et amatas (?). Et ex bestijs habet

preciosas et fortes ut leones equos arietes boves et
bubalos certamen quae fortis potentia Ex avibus regales ut
falcones et aquilas et participat in pavonibus et habet
columbas magnas et participat cum marte Ex co-
loribus habet rubeum et croceum Et ex locis subtilia
et preciosa et civitates regales Cum vero fuerit dominator
vel signator et impeditus impedit omne quod est eius
ut in saturno dictum Venus femina nocturna calida
et humida Signatrix est reginarum domicellarum et pu-
ellarum Ex complexionibus participat cum Iove Ex fi-
guris habet hominem pulcrum capitis multorum capillo-
rum rotunde faciei et nigros habentem oculos valde
Et secundum mores benivolum honestum et largum habet aspe-
ctum ad gramaticam et versificaturam et cantilenas Ex
linguis habet arabicam Ex membris exterioribus nares dex-
tram Ex interioribus vasa genitalia Ex legibus saraceni-
cam Ex magisteriis instrumenta ludorum musicalium alearum
citharedarum ocia declinatos vestimentorum varia quae
luxurie ebrietates risus venditiones specierum redolentium
et artem pingendi Ex saporibus dulcem Ex lapidibus
margaritas Ex mineris lazurium Ex plantis crocum
rosas et omnes arbores et flores bene redolentes
et in aspectu pulcros Ex speciebus balsamum et quae
redolentia muscum et ambram Ex avibus miluos et colum-
bos in suis corporibus pulcra et equalia ut alga-
zel et lepores Ex animalibus formosas pulcras [illegible]
tos Ex coloribus celestium dalmaticum ad viridem et co-
lorem auri Ex locis habet loca dominarum reginarum
et puellarum tripudiis et hilaritatis comedendi atque biben-
di Cum vero fuerit signatrix tempore nobilium et impedita im-
pedit eius quod est eius et cetera Mercurius convertibilis
est de una natura in aliam sive permutatus bonus cum bonis
et malus cum malis masculinus diurnus Signator
est scriptorum cancellariorum computistarum negocia-
torum pictorum et nigrorum operum atque fratrum Ex figuris
hominum habet colorem mediocrem frontem elevatam et oblo-
ngum nasum extensum barbam raram in maxillis oculos
pulcros digitos longos et secundum mores ingeniosum
in opere sapientem habet aspectum ad scientias singulares magi-
ce sunt in quadrivio et alkimia geomantia et similibus
Ex membris patentibus habet linguam Ex interioribus cere-
brum et cor Ex legibus habet legem philosophorum et

Aves
Colores
Loca
Venus
Complexio
homines
Artes
Mores
Idioma
Membra
sectam
Magisteria
Sapor
Lapides
lazurium
metalla
Aromata
Color
Loca
Mercurius
figura

metallum

Luna

lingua

metallum

eam diligere que sunt ad sensum et ex magisterijs omnia
que subtili ingenio sunt reparata Ex pannis lineos
Ex saporibus acrum Ex lapidibus omnes figuratos et scul-
ptos Ex mineris argentum vivum et omnes qui sub-
limantur in alkimia Ex plantis arundinem limonem
bombicem et omnes arbores saporem habentes acutum ut
gariofoli zinziber spicanardum et similia Ex alijs
animalibus lupos et omnia que versuti et saltu sunt
velocia ut vulpes et histriolos Ex alijs minutis
que leniter moventur ut formice Ex avibus vola-
tilibus levis et aves doctas Ex coloribus habet balneum
Ex locis habet fontes et rivos atque loca sermonum et in
quibus operantur magisteria ingeniosa Si fuerit signa-
tor aliquorum operum notabilium et impeditus impediunt
quod est eius et eorum Luna femina nocturna fri-
gida et humida et est signatrix vniversitatis vulgi
et rerum omnium legatorum [illegible] et
nuncius Ex figuris habet hominem album ad rubedi-
nem mixtum oculos non ex toto nigros supercilijs iunctis
faciem pulcram et rotundam staturam bonam et in
facie signum habentem et benivolum et habet aspectum ad
arismetricam et ad scientias conceptiones Ex linguis habet
almanicam et in propinquis ex membris exterioribus oculum
sinistrum Ex interioribus pulmonem Ex legibus cultum ydolorum
et ymaginum Ex pannis pellicia Ex magisterijs
legationes opera aquarum agros marmorea et pellipa-
ria Ex saporibus insipida ut aqua Ex comple-
xionibus flegmaticum Ex lapidibus perlas minutas
Ex metallis argentum Ex plantis arundinem et albo-
rem et omnes arbores albas boni odoris et omnia
arbore nascentia que in pedibus non eriguntur omnes
plantas minutas caulos et omnia pascua Ex spe-
ciebus medicinales ut cinamomum zinziber piper et
similia Ex alijs mulos asinos vaccas et lepo-
res Ex avibus que sunt leves in motu et omnes
in aere volantes ut hirundines et anseres aqu-
aticas albas Ex coloribus habet compositum ex al-
bo et croceo Ex locis fontes aquarum molendi-
na ~~aliqua~~ lacus paludes stagna et maria Que
si fuerit signatrix in orbe magno vel coniunctione ma-
gna eclipsi vel revolucioni et impedita impe-
diuntur quicquid est eius et eorum Caput draconis habet
complexiones Jovis et Veneris sicut regnum et fortuna
cum bonis ponitur auget bonum et cum malis mali-
ciam ~~cauda autem est~~ auget Cauda est et com-

plexion satri et marti sūt deictores et paupertatem sūr
tum bonis stūs vel malis minuit totum bonitati
et malicia vn̄ capit est bonum cū bonis et maluz
cum malis sed rōn̄ ~~cum~~ de causa

Cap̄ nonum de quibusdā pletaꝝ habitudinibus ad solem

Recipiunt plte dūsas habitudines sm̄ motum in ecc̄-
trico et epi° et aspectum ad solem cum eīn ascen-
derit plta versus augem ecentrici apparebit minor lūīe
et magnitudine cursu q̄z tardior et cum fuit in medi-
etate inferiori apparebit maior lūīe cursu q̄z velocior
et cū incepit plus medio cursu de augi cursu cum-
do magis crescit cursu minuit et cum argumentum pla-
nete fuit plus semicirculo de minuit nūz et cū acto
fuit magis semicirculo de augē nūn Tres altiores cū recesse-
serit sol ab eis vsq̄ ad oppōm earū cū sole dicunt
orientales dextri et a loco oppōnis vsq̄ ad cōiunctoꝝ
earum cum sole dicunt occidentes sinistri Tres superiores
ab ortu suo vsq̄ in statōm primā sunt humidi a sta-
tōn p̄ma vsq̄ ad oppōm solis sunt calidi ab oppōn
solis vsq̄ ad statōm scdam sūt sicci a statōn scda vsq̄
ad introitū sub radijs sunt frigidi venus aūt et
mercuriꝰ postq̄m separant a sole p̄ retrogradacōnē
dicunt occidentes dextri et tunc sunt debiliores donec
iterum combinant p̄ directōm Sed postq̄m separantur
a sole donec iterum combinant p̄ retrogradacōz vocant
occidentes sinistri et tunc sūt forciores Isti duo inferiores
a mō° retrogradacōīs vsq̄ ad statōz 2am sūt humidi
et ab inde vsq̄ mediū directōīs sunt calidi et deinde
vsq̄ ad statōm p̄mā sunt sicci et a statōn p̄ma vs-
q̄ ad mediū retrogdacōīs sunt frigidi Proprietates e qua-
litates humidū calidū frigidū siccū cōtingunt lūne sm̄
eor quartas mensis ipsius Preterea omnis plta a mō°
sūe retrogdacōīs vsq̄ ad statōz 2am sit pincipal celeri-
tatem ingeniorum tarditatem in negocijs et am̄ constri-
ctatem et a statōn scda vsq̄ ad cōiunctoz cū sole sunt
iuventutis ingeniorum celeritatem atq̄z dilecōz et a statōn
p̄ma vsq̄ ad mediū retrogradacōīs sunt senectutis me-
mory ebetudinē In negocijs tarditatem et odiū et
p̄dictas eor etates sūt lūna scdm eor sui lūīnis q̄-
dratuas et ipsa crescente lūīne sit omne qd̄ faciend
est Sed ipsa decrescente lūīne sit omne qd̄ destruend
est et in regressu suo sub radijs sit vitandū et omnis
plta similiter et in exitu de sub radijs sit ypinū

ab occultacione Et cum fuit infra 12 signa ante oppo-
sitionem conjunctionis In oppositione concretate recedens ab
oppositione exceptionem fit a concretate Et in 2° aspectu post
fit aptator rerum lucis et augmentum Sed in 2° aspe-
ctu 2° fit earum contraria · Et omnis planeta coniuncta soli
infra terminum 16 minutorum quod est quantitas semi diameter
solis in aspectu dicitur coniuncta et in corde solis Omnis
inferior planeta preter martem cum fuit inter sex gradus completos
a sole ante vel retro dicitur esse combusta Et a 6 usque
12 dicitur esse sub radiis tamen mars non dicitur comburi infra
10 gradus Et a 10 usque ad 18 completos est tamen sub ra-
diis Preterea anni 7 planetarum maiores sunt secundum numerum gra-
duum terminorum suorum aggregatorum · Medii sunt medietas
maiorum et minorum suorum coniunctorum Unde si a medietate sol
demantur 60 gradus qui sunt in domibus suorum remanent
120 · qui sunt anni solis maiores · Quorum medietati ad-
dantur anni minores scilicet 19 provenient 69 cuius summe me-
dietas est 3.9 · cum dimidio qui sunt anni eius medii
Et si a medietate lune 60 gradus tollantur propter domos
duorum infortunatorum · et ultra hoc sublatis 12 gradibus quos
diminuit illa medietas in ascensionibus a principio primi cli-
matis usque ad finem 11 remanebunt 108 qui sunt anni
lune maiores Sed anni eius medii sumuntur etiam sole —

De planetarum habitudinibus ad se invicem

Universe planetarum habitudines adinvicem de qui-
bus late pertractat ars ipsa ad 12 modos perti-
nent Quorum primus dicitur applicacio ut est cum
in eodem signo planeta iungitur alteri per corpus · vel in alio
signo respexerit illum · fuit quod inter eos minus medietate sui
luminis levis applicat ponderoso donec compleatur
totum coniunctio corporalis vel aspectus per gradus equales
Et cum transferit levis a ponderoso secundum quantitatem di-
midii luminis tardioris tunc erit tardius a leviori separatus
Unde si luna leviori quantitate tunc transferit luminis
tardioris remanent tardior in natura leviori quam dimiserit
luna lumen semper recipit ... Si inter lunam et satur-
num fuit minor distancia 12 gradibus ante vel retro · tunc
erit saturnus in natura corporis saturni donec si inter eos minus
9 gradibus Sed hoc in diversis signis si evenerit non erit
eis ipsi similis Post hoc fit separatio levis a tardiori
et remanet levis in natura ponderosi quamdiu fuit in eodem
signo cum eo donec ibidem intrat alius planeta vel radii

eius per aspectum et dixit ptolomeus Et expedit in appli-
catione coniunctionali latitudines planetarum aspicere et si-
militer in separatione coniunctionum eorum Unde secundum haly
Si latitudo eorum fuerit minor medietate corporum ipsorum
erit applicatio et si maior fuerit non erit Sed inspicere
latitudines planetarum omnium applicat unus alteri per aspectum
[illegible] est quia non proficiat. Et haly dixit orbes corpo-
rum planetarum vel luminis sunt hii Orbibus quibus septem
constat radiare planetas Iez quinis gradibus radiat sol
ante retro que cum stilbonte venus septem / mars octo novem
que cum Iovis Saturnus luna bis sex radiat. Est et alia · N · b ·
species coniunctionis et separationis ut dicit albumazar qua sa-
pientes astrorum utuntur in nativitatibus et interrogatio-
nibus et fit duobus modis Uno per naturam graduum concordan-
cium in ascensionibus. Ut aries et pisces Tharius aquarius
Cum enim fuerit aliquis planeta in primo gradu arietis iungitur ei
naturaliter qui fuerit in ultimo piscium et qui fuerit in 10 arietis
vadit ad coniunctionem illius qui fuerit in 20 piscium et sic de aliis Et
cum transierit 11 gradus arietis separatur a natura illius qui fuerit in 20
piscium et sic de aliis. Alio modo fit per gradus signorum concorda-
cium in horis diei sicut per gradus eorum [illegible] ut vult [illegible]
et non attenditur hic quantitas orbium luminis sicut in aliis Te-
varius autem dicit planeta cum separatus fuerit ab alio per coniun-
ctionem vel aspectum et nulli iungatur quamdiu in eodem signo
manserit vocatur vel solitarius planeta dicitur cum nullus planeta signum
illud aspexerit in quo fuerit quod lune plerumque contingit
Translatio duobus modis fit uno ut separetur levis a pondero-
so et iungatur alteri tunc medius transfert naturam illius a quo
separatur ad illum cui iungitur Alio modo ut levis iungatur tar-
diori et ipse tardior iungatur tardiori sive per aspectum ut
si luna respexerit martem et ipse saturnum aspexerit tunc
mars in hoc casu transfert naturam lune ad saturnum Colle-
ctio fit cum uterque significatorum non iungitur alteri sed ambo iun-
guntur uni tercio tunc ipse tercius colligit lumina illorum et
portat ad loca certi signorum in quibus radii sui fuerint
tunc recepti et tunc dicitur redditus luminis Prohibitio fit
duobus modis Uno ut si 3 planete si fuerint in uno signo diversis
gradibus et ponderosior plures habuerit in gradibus et levis
minus tunc medius prohibet leviorem a coniunctione ponde-
rosioris donec medius transierit per illum postea erit con-
levis ad ponderosum Alio modo fit prohibitio per aspectum hoc est
cum levis sit iunctus ponderoso in eodem signo et aspe-
xerit eos aliquis alius tunc corporalis coniunctio prohibet aspe-
ctum et destruit aspectum nisi fuerint radii aspicientis
ad leviorem tunc enim perficit applicatio respicientis vel ipsum

deroso antequam ~~illum~~ alius coniungat et non destruit. Secunda
pulsatio vel commissio fit per aspectum tribus modis. Primo
cum aspexerit planeta dominum signi in quo fuerit vel domus
exaltationis vel aliarum dignitatum tunc aspiciens
impulsat seu mittit naturam domus illius dignitatis ad
ipsum quem aspicit. 2o cum fuerit levior in aliqua suarum
dignitatum et aspexerit planetam dignitatem tenentem
pulsat levis et committit fortitudinem illi. 3o si respe-
xerit planeta dignitatis aliquem habentem dignitatis partem in
eodem loco. Et si iungitur etiam ex prioribus dominis tunc
uterque utrique naturam pulsavit ei. Item vel aspiciens
planeta planetam non qualitercumque pulsat et committit ei
dispositionem suam benivole vel odiose prout natura dictaverit
aspectus. Receptio fit cum fuerit planeta in aliqua suarum
dignitatum iunctus alteri per corpus qui per se est ha-
bens dignitatis in eodem loco et est ~~receptio~~ receptio re-
cepta et perfecta. In nominibus quoque contra sola vel tamquam
solius a sola facies receptorum non operatur omnino nisi
receptor vel applicans fuerit in angulo fortis. Ponderosum
vero receptorem applicantem vel levem recipit aut
receptor applicantem cum fuerit applicans in receptoris
dignitate. Applicans vero receptorem cum fuerit receptor
in applicantis dignitate. Et fortitudo receptoris attenditur
ex potestate recipientis. Redditio fit cum levior iungitur pon-
deroso combusto vel retrogrado tunc tardior reddit
leviori naturam vel fortitudinem commissam quam per debilita-
tem non potuit. Et si tunc fuerit uterque in angulo vel
succedente vel saltem unus illorum erit redditio cum
perfectione. In ... vero cum detinuerit. Refrenatio fit
2bus modis. Primo cum unus petit coniunctionem alterius sed antequam
coniungat ad eum fit applicans retrogradus et sic fru-
strabitur res illa donec iterum iungatur. Contingit etiam hoc etiam
in aspectu. Contrarietas fit cum tres planete fuerint sic
quorum unus de levibus perficit coniunctionem cum tardiori et
alius levis sequitur vadens etiam ad coniunctionem cum ponderoso
sed antequam coniungat ad eum fit ille retrogradus qui prius
iungebatur cum tardiori et alius levis sequitur iterum
vadens per ipsum obviat alteri levi qui ~~fuit~~ volunt pon-
deroso coniungi et destruunt coniunctionem illam. Frustratio
fit cum levis petat iungi cum tardo sed antequam coniungat
cum tardus se mutat ad aliud signum. Et si fuerint
tunc radiis luminis aspicientis in principio illius signi perficietur
coniunctio aspicientis et frustratur coniunctio prioris. Abscis-
sio luminis fit in planetis cum levis petit coniunctionem pon-
derosioris sed antequam perveniat ad gradum illius angularis ipse
tardus venit 3o tardiori se tunc 3us abscindit luminis

fedi a primo lenior et ea que dicta sunt de coniunctione possunt applicari in huius absensione

Capitulum decimum quibus modis planete fortificantur et debilitantur

Accidentia planetarum fortitudinis sunt que sequuntur.
Primo ut sit in suis ~~[illegible]~~ dignitatibus gaudiis vel hayz a malis separatus et bonis coniuncti inter duas fortunas obsessus directus et receptus in corde solis vel cum aspectibus bonis aucti numero et lumine ascendentes in angulo ventro in longitudine longitudinis altiores orientales a sole et in quarta feminina Contra re-impedimenta est ut sunt in casu vel detrimento retrogradi vel combusti cursu tardi vel lumine diminuti inter duos malos vel eorum radios obsessi in malo loco ab ascendente vel in eorum aspectu malorum et opposito vel si sit planeta masculinus in signo vel quarta feminina vel femina in signo vel quarta masculina vel diurnus in die sub terra et in nocte super terram et econverso vel si fuerint tres altiores occidentales et duo inferiores orientales a Sole vel fuerint meridionales et in opposito augis ~~Item impeditur ut luna si fuerit cum terminos eclipsis vel cum capite et cauda et si fuerit in via combusta vel in gradibus cursu varia scilicet vel tarda in detrimento sui luminis vel in opposito solis vel sub radiis et in fine signorum ubi sunt termini malorum vel in duodenaria saturni vel martis et in aspectu malo bonis~~ ~~sic odientes~~ Odit enim vespam Saturnus Mars sol ~~et mercurius~~ ~~Item~~ diligunt vel cupiunt vero Venus enim omnes planete inter quorum unus est duos exaltatos altiores vel qui recordat qualitatem pari ut mars cum sole et luna cum venere

Diminui Lune
Amen

Capitulum duodecimum de quibusdam excellencijs necessarijs

Minimus vero ego artis huius professorum sequentes excellentias a libris hic inde probatas auctoritatis excerptas ad supplementum precedentium hoc in loco studiosa breuitate perstringi Donat facile cum universa planeta beniuola cum fuerit in propria dignitate receptus maliuola aut abstinet se a multa malitia cum fuerit hanc similitudinem adeptus. Bonus bono iunctus bonum in melius et malus malo iunctus malum vertit in peius. Non confidas fed isto solutus cum malo iungatur beniuolus cum malitia mali non aufertur penitus Sicut aspectus malignus bonorum non obest sic aspectus malorum bonus non prodest planeta non dicitur impeditus donec malus preteriit suos radios secundum quantitatem sui luminis [illegible]

cu sicut malus separatus ab aspectu in contrario perfecto immittit
eo rem absque impedimento, sic bonus ad gradum perfectum elonga-
tus spem facit quod rem non perficit. Sic malus separatus ab aspectu
afflictionis timorem immittit absque nocumento. Sic
bonus ab aspectu cadens spem tribuit sine complemento eo
quod planeta cadens ab angulo donec per quinque gradus recesse-
rit ab ipso. Omnis planeta est in angulo si infra quinque
gradus cuspidis anguli fuerit et infra 25 post eam fuerit quod in
angulo est si vero hunc recesserit. Omnis planeta cadens
est in angulis signi prius donec pertransierit et quod in eo
cum videbis signatores non sunt ab statu deffinitos sed similitu-
dine signi ad ipsorum naturam prius diligenter advertas cum inter
signatores non sunt aspectus sed in signis eorum fortitu-
dinis vel utriusque existens fuerit utroque erit hoc melius
quemadmodum Almanazar docuit atque scripsit. Signum fixum
in significationibus obtinet dominium cum prae duo signa voluntur.
Sicut Saturni maximum impedimentum est in signis femininis
atque nocturnis sic et martis impedimentum est in signis ma-
sculinis atque diurnis. Duorum vero malorum impedimenta duobus in-
ferioribus sunt peiora quam superioribus. Jupiter in geminis vel
sagittario contingentia fortune in dignitatibus lunaribus
vel lunaria in dignitatibus fortunarum ac si in propriis exi-
sterent dignitatibus donat complementum. Sicut luna magis
patitur a saturno in lumine augmento et plus leditur
a marte. Sic in lumine detrimento magis patitur a marte
et plus leditur a saturno. Sol quoque offendit lunam et
venerem, mercurius vero humiditatem in combustione. Quando sa-
turnum et iovem quibus concordat in aqua qualitate
mars et mercurius cum sint de natura solis magis leduntur
dum combusti fuerint. Sed mercurius retrogradus patitur
a sole plus mars et saturnus combusti contra solem
quemadmodum impediat magis tamen est impedimentum quod
ab eo recipiunt. Sicut omnis res que fit et diu dur-
at et que destruitur et tarde restauratur est in
significatione saturni. Sic omnis que cito fit et cito perit
et iterum cito redit est in significatione martis. Durabiliora
sunt bona vel mala cum fuerit signator stationarius
vel in angulo et quoniam fortior est anguli significatio dum
signum ibidem existens sit de zona illi perfecti apparet eius
cum planete iungitur soli perdunt virtutem et non operantur
ut dixit Ptolomeus nec potest Jupiter auferre nocumentum
martis cum eius altior sit eo similiter Venus

Incipit liber tercius magistri Gaz

Postquam auxiliante deo in precedentibus exposita sunt ea que pro introductorio magisterii iudiciorum astrorum sufficere possint restat nunc agendum de hiis que in magisterio eodem precipua existunt. Et primo considerandum est de scientia revolucionum cuius triplex est pars. Prima est de 120 coniunctionibus planetarum et eclipsibus lunarium. Secunda est de revolucionibus annorum mundi. Et 3a de temporum mutacionibus. De tribus hiis partibus loquitur albertus magnus contra quosdam eorum accusatores in hunc modum. Si ex signa revolucionis aut eclipsis vel cometes que significat secta. Scilicet legis motum vel diluvium vel superdiuturnos annorum climatis aut siccitatem [illegible] universitatem vulgi. guerra vel pax fames vel mortalitas ceteris apparitio annorum magni prophete seu sectum aut ortus horrendi significatur vel universitatis vel pluralitatis. Secundum quod deus providit altissimus. quid hoc ad liberum arbitrium est. Nunquid in potestate hominis est talia innuitere. Aut quid demeruit scientia de temporum mutacionibus cuius mutatio ex obediencia inferiorum ad motum superiorum dependet. nec hoc eius mutatio vel impediatur cum neque libero arbitrio sit subiecta. sed solius voluntati creatoris. apud quem est plenitudo potestatis. Et plura de hiis nobilia ponit Scientia autem de revolucionibus consistit in notitia magnorum orbium. necnon perfectionum. et divisionum eorum In significacionibus magnarum coniunctionum et in directionibus locorum coniunctionis. et ascendentis anni mundi coniunctionis eius In notitia secundum eclipsium contingencium in annis coniunctionum. coniungendo eas cum revolucionibus annorum mundi. Et hec est via ptolomei et albategni et aliorum sapientum ceteris melior. Et super scientiam tradidit albuazar in libro magnarum coniunctionum ubi sola significacionum. Et cebir in libro nomine suo dicto Messahalla. in libro de epistolarum. Tercia deus altissimus et ptolomeus in secundo quadripartiti Scientiam de annorum revolucionibus tradidit albuazar in libro florum et quarte de similibus. Et in libro experimentorum Sahl et horam introitus Et Messahalla. custodiat te deus Johannes hyspalensis et ptolomeus in quadripartito Scientiam vero de temporum mutacionibus tradit Alkindus vocatus suum et Johannes hyspalensis in quadripartito suo de [illegible] cum hec sola in libro temporum Indorum quod sic [illegible] sapientes Indi

Rubrica principiis accidentia mundi prognosticantur

sciencie et accidentia mundi per astra pronosticantur ex septem principiis [illegible] pronosticari. Primum est ex profectione a loco coniunctionis

Que sunt necessaria in scientia revolucionum

orbis magnus

magne coniunctiones

eclipses

hec accidit
debemus
indicare anni

1 coniunctio significans diluvium
2 a coniunctione [?] in principio V.
3 a mutatione triplicitatis
2 a [?] in [?]
4 a [?] in quolibet signo
6 semel per tres [?] in principio [?] ante introitum solis in 4 signa cardinalia
A [?] ante introitum ☉ in signa

orbis magni que precessit diluvium per 219 annos et divisore eius Secundus vero est per partem ponderosarum planetarum aliorum apud ascendentia revolutionum annorum in quibus accidit coniunctio Saturni et Jovis in ariete que fit semel in 960 annis Tertius in revolutionibus annorum in quibus accidit mutatio coniunctionis de triplicitate in triplicitatem quod semel fit in 240 annis Quartus autem est in revolutionibus annorum in quibus accidit coniunctio Saturni et Martis in cancro quod fit omnibus 30 annis Quintus in revolutionibus in quibus accidit coniunctionis mutatio duorum aliorum in quolibet signo quod contingit in omnibus 20 fere annis Sextus est per partem planetarum aliorum apud ascendentia quartalia vel preventionalia precedentia introitum solis in 4 signa cardinalia Septimus est per partem planetarum aliorum apud ascendentia quartalium vel preventionalium ante introitum solis in capita 4 signorum et in hora introitus solis in 4 signa De his omnibus per ordinem prout facilitas permittat inquiri aliquid consequenter

de orbe magno

Quid sit orbis magnus et qualis pronosticatio fit per ipsum

Refert Albumazar quod orbis magnus est 360 annorum spatium quo unum signum et unus planeta in dominio universaliter gubernat Et initium primi orbis magni de quo sermonem habemus fuit ante diluvium Jovis qui fuit ante initium annorum diluvii per 219 annos Et fuit ante Christum 33 [?] solaribus 318 diebus circiter 9 horis secundum [?] numerationem Et in principio illorum annorum fuit coniunctio significans diluvium Et isti orbi primo prefuit Saturnus cum signo cancri et incepit divisio atque directio in primo gradu signi arietis Cum igitur fueris volens scire quando perficietur ille orbis adde super annos diluvii 219 et collectum divide per 360 quod est quantitas unius orbis perfecti Et si nihil remanserit tunc perfectus est orbis Et si aliquid superfuerit divisione facta erunt anni orbis imperfecti incipiendo a signo cancri Et si super annos diluvii addideris 219 et diviseris collectum per 360 et per [?] remanentes quos [?] proieceris ab initio arietis unicuique anno gradum dando ubi exibit gradus ad quem divisio vel directio venit Et si super annos diluvii addideris 219 et collectum diviseris per 7 exibit planeta divisor orbis illius unicuique planete annum unum dando initium a Saturno Et si nihil remanserit perveniet profectio ad Saturnum exclusive et erit divisor anni sequentis Et si unum remanserit perveniet ad Jovem exclusive Si duo ad Martem Et sic de aliis unde planeta ad quem profectio pervenit dicitur divisor Dum hec dicta videantur obscura exemplum

quomodo queritur orbis magnus

quomodo queritur gradus divisionis

quomodo queritur planeta divisor

A diluvio ad Christum 3102 anni

a coniunctione huius diluvii ad Christum 3381 anni

incipit sequens eorum ab orbe magno qui diluvium precessit per 219 annos usque ad principium anni gratie 1364 conclusione [illegible] elapsi 1860 anni completi quos per 360 dividere et exibunt in quotiente 5 orbes completi et remanent 160 anni orbis [illegible] incompleti et si nunc hic remanet preteritis ab initio arietis pervenit profectio ad 10 gradum virginis completum et si addideris 1860 annos per 1 diviseris supplebunt 3 quotiens minus quam per partes [?] querende et pervenit divisio ad solem reclusum Deinde ergo quod anno domini 1860 existente quinque 161 anno 1 orbis incompleti et gradus profectionis est undecimus virginis et sol divisor est anni presentis Istis profectionibus utimur in rebus magnis et universalibus et sunt diluvia terre motus pestilentia et huiusmodi considerando eas in profectionibus magnarum coniunctionum atque revolutionum Et accipimus ergo profectionem a loco coniunctionis mutantis statum et ab ascendente coniunctionis eiusdem et domino eius ad sciendum quod accidit in sectis illis et ab ascendente anni eiusdem ad sciendum quod accidat civibus et domesticis qui sublimati sunt in rebus coniunctionum et hoc faciendo dirigimus unumquodque signum annum unum secundum equum digniorum [?] ascendentis mutantis statum unumquodque gradum anni unum et accipimus dominum termini eiusdem ubi finitur divisio et ponimus eum condivisorem et accipimus radios fortunarum et infortunarum in gradibus divisionis equalis et ordinamus [?] eum illos et accipimus signum ad quod pervenit profectio anni mundi ab ascendente anni coniunctionis supradicte et vocamus id signum in tres partes et damus primam parti secundum naturam signi et domini eius et secunde parti divisionis alterius nature signi sequentis et domini eius et vertitur hoc dispositio donec ad ultimum signum sint perventum et quotienscumque pervenit directio in aliquo loco vel dicto ad radios partis ex radiis existentibus in anno coniunctionali habebit eventum eius quod in anno finali fuit secundum et erit tempus eventus illius secundum distantiam profectionis a locis radiorum et cum hoc cognoscere sic volueris vide distantiam inter locum profectionis et locum radiorum dando cuilibet gradui 12 dies et sextam unius et cuilibet minuto 12 minuta diei et sextam unius [?] Eo quod huiusmodi est quod in uno anno peragrat unum signum ergo in 12 diebus et sexta unius pertransit unum gradum Si enim 12 in 30 ducantur et sextam unius exibunt in producto 364 [?] quod est quantitas anni unius

De scientia magnarum coniunctionum in qualibet

[illegible] coniunctionum [illegible] 120 [?] [illegible] admoveas hoc ordine comparetur

dicere [?] coniunctionum coniunctionis in uno signo exeunt 21 [?] [illegible]

1364 corpus compilata ... summa

quartidecimi

Ad quid valent iste coniunctiones et in quibus videndum est eisdem

coniunctionis a coniunctione mutante triplicitatem quod futurum sit in sectis illis

ab ascendente coniunctionis mutantis triplicitatem coniunctionis ad cives et sublimatos illius secte

de magnis coniunctionibus

aliter dividit albumazar in libro magnarum coniunctionum

Tempus ab una coniunctione media ♄ ♃ usque ad aliam

quantum appositum sit ad priorem coniunctionem

netarum in uno signo erunt 35. Et quatuor planetarum coniunctiones erunt similiter 35. Quinque vero planetarum fuerunt 21 et sex planetarum erunt septem coniunctiones et omnium planetarum est una coniunctio et sic in universo 120 coniunctiones. Coniunguntur insuper duo superiores in qualibet triplicitate 11 vicibus secundum modos universos vel equales annorum triplicitatem mutant. Ut si facta coniunctio fuerit in ariete sequens erit in sagittario post 19 annos 313 dies 20 horas 59 minuta et 36 secunda cum appositione 8 signorum 2 gradibus 58 minutorum 21 secundorum et 52 tertiorum et 3a coniunctio erit in leone post totidem annos a se distantibus. Aut coniunctionibus in eadem triplicitate quando venitur coniunctio ad illud signum in quo fuit coniunctio prima triplicitatis illius vocatur coniunctio media. Fit autem hoc post tres coniunctiones predictas videlicet post 59 annos completos 213 dies 14 horas 48 minuta et 58 secunda cum appositione octo graduum 55 minutorum 5 secundorum et 35 tertiorum signi precedentis. Cum vero mutatur de una triplicitate ad aliam, prima fuit de ignea ad terream, dicitur coniunctio magna. Fit autem hoc post 11 coniunctiones transactas a prima 198 annis 216 diebus 15 horis et 56 minutis precise cum appositione 8 signorum 29 graduum 43 minutorum 38 secundorum et 30 tertiorum que potest reputari in sequenti triplicitate cum non distet nisi per 16 minuta 21 secunda et 30 tertia a signo triplicitatis sequentis. Cum autem transierint omnes 4 triplicitates et revertantur ad primam dicitur coniunctio valde magna. Fit autem hoc post 960 annos consummatis 48 coniunctionibus et tunc revertitur ad 2m signum triplicitatis prime. Ut si prima fuit in ariete veniet ista in leone. Sed quando revertitur coniunctio ad primum signum triplicitatis prime in quo fuit coniunctio prima omnibus triplicitatibus consummatis dicitur coniunctio maxima quia tunc magis revertitur ad modum et formam priorem ut dicunt. Fit autem hoc post 2859 annos consummatis 144 coniunctionibus. Aliter distinguunt alii. Dicunt enim quod planetarum duorum est coniunctio scilicet superiorum que est trium aliorum videlicet saturni et iovis et martis. Alia est inferiorum que est reliquorum quatuor. Duplicior coniunctio est quadruplex scilicet maxima maior media et minor. Coniunctio maxima est trium aliorum in uno signo. Maior saturni et iovis. Media saturni et martis. Minor iovis cum marte. Magna est quadruplex. Prima est saturni et iovis in principio arietis. Secunda in initio cuiuslibet triplicitatis. Tertia est coniunctio saturni et martis in cancro. Quarta est saturni et iovis in utroque signo. Proxima modo dicta coniunctio minor et maior coniunctio in hiis dat significationes coniunctionis sed minores diminuunt eas. Et dicit Haly quod aliorum oppositio dignior est quam eorum coniunctio et durabilior post effectum.

De annis mediis et magnis coniunctionibus practicatis in medio cursu et equali.

Estimaverunt arabes quod mundi inicium sumpsit in sol-
sticio estivali Egiptii autem in equinoctiali Romani
in solsticio hyemali Sed hebrei dicunt ipsum inci-
pisse in equinoctio vernali quod ecclesia tenet et astronomia de
annis autem inter exordium mundi et diluvium diversificati sunt
auctores. Inter eos historiarum secundum 70 interpretes ponunt
annos 2244 Eusebius 2242 Jeronimus 2000 Josephus
et Vincencius in speculo 2656 Sed a diluvio usque ad Christum
secundum hebraicam computacionem 3963 Beda 5199 Et albu-
masar ponit quod ab inicio usque ad finem diluvii 2226
annos 46 dies et 6 horas a mundi computando Sed
alfonsus rex a fine diluvii usque ad Christum ponit annos
3101 dies 318 horas 18 minuta quinque fractos faciunt annum
fere et sic sunt ab adam usque ad Christum 5328 anni Sed
ut dicit albumasar Sol fuit creatus in principio arietis et in
medio celi Tamen secundum motum tabularum alfonsi non fuit sol in
ariete secundum istum numerum immo inter introitum solis in arietem
precedentem et numerum istum est differentia 243 dierum Que differentia
forte contingit ex variacione equinoctiorum et diversitate ta-
bularum et ideo ut haberetur introitus solis in arietem pre-
~~cedentem~~ additi sunt 243 dies Erit igitur a principio mundi
usque ad finem diluvii et ad Christum secundum hec anni 5328
et 243 dies et secundum hec figura celi et loca planetarum ad
horam inicii temporis mundi secundum tabulas alfonsi et sperans certa
aliorum opinione non obstante sic ordinatur

De significacione coniunctionis Saturni et Iovis et effectibus eius

Concordati sunt in hoc omnes astronomi quod cum
fuit altera coniunctio Iovis et Saturni fiet magna
permutacio in hoc mundo. Unde dicit Aristoteles in libro de na-
turis elementorum quod annorum ubertas atque sterilitas fit secundum
stellarum permutacionem in signis diversis et mortalitates gen-
tium pestilenciarum et regionum variacio fiunt apud has duarum
stellarum scilicet Iovis et Saturni propter coniunctionem namque permutacionem
contingit altera magna superalterius [?] aut si fuit in domo
nona vel 3a ab ascendente revolucionis illius anni fit [illegible]
novum [illegible]. Hec due domus pre aliis significant mira-
bilia atque prodigia. Coniunctio vero prima que fit in omnibus
20 annis significat [illegible] super modum regni [illegible]
mutabitur an [illegible] et super bella venturi super regnum [illegible]
vel super regem et super [illegible] super pluviam et sic-
citatem sterilitatem famem abundanciam et [illegible] [illegible]
inquit Ptolomeus aspiciendum est ad distanciam que est inter lo-
cum coniunccionis precedentis et signum ascendens precedentis revolucionis in qua
coniunguntur et pro quibuslibet 30 gradibus firmatur annus unus
et pro 2 gradibus et medio mensis. Cum post illud tempus
apparebit illius coniunccionis significacio. Maior coniunctio vero me-

Media

dia que fit 79 annis significacionem habet super modum unius
regni si mittetur ad stirpem aliam vel de illa gente ad
aliam. Cum vero testatur novitatem [illegible] [illegible]
regi gentis illius. Coniunctio autem maior sive magna que
fit in 198 annis significat super destruccionem regni vel mutacionem
[illegible] de gente in gentem vel de regno in regnum gentis
alterius et hoc si signum vel figura coniunctionis testificetur signo
vel figure alterius coniunccionis. Cum autem tumultus regum et tri-
bulacionem magna significat. Coniunctio vero valde magna que
fit in 960 annis renovat et variat consuetudines
secundum modum in precedentibus coniunctionibus significacionum. Et coniun-
ctio fortis que fit in 2879 annis statum mundi renovat
et in pristinum revertatur. In quali igitur coniunctionem Sa-

[illegible]

turni et Iovis in uno gradu et minuto videndum est
quis eorum altior fuit in ecentrico et epiciclo. Et quia
sit eorum latitudo ab ecliptica. Unde qui superior est augi
forcior est illo qui ab auge est longior. Et septentri-
onalis et inter latitudinis ascendens forcior est descenden-
te. Et [illegible] forcior est meridionali. Meridianus ascendens for-
cior est descendente et meridianus minoris latitudinis for-
cior est meridiano maioris latitudinis. Considerandum est eciam cui
sit dignitas [illegible] signi. Dicemus igitur ille qui venit ex
parte ecentrici coniunctionis fortitudines habet [illegible] venit ex parte epicicli.

Tercia et Nona domus significant semper mirabilia

Fortitudo planetarum [?]

Rem vincit ex parte latitudinis .2. Et qui vincit ex parte di-
gnitatis fortis erit. Si autem congregentur hii quatuor
modi prevalendi et prevalencia perfecta erit. Si saturnus
dominium obtinuit in predictis habebit super gentem antiquam
quemcumque locum inhabitantem quod devicta non erit. Sed
malicia saturni rancores et odia per modum multiplicabit
et egritudines. Si vero Iovi dominium fuerit attributum
tunc super gentem antiquam fortificabitur vel nova et fiet
mutacionem regis de gente ad gentem. Sed martis aspe-
ctus ad eas terris vel oppidis guerris modum in bellorum
copia maxime si fuerit tunc mars orientalis. Sed occidentalis
turbacionem et metum facit absque magna sanguinis effu-
sione. Et si venus martem aspexerit quomodocumque aspectu
maliciam martis diminuit in hoc casu. Sed si venus
locum coniunctionis aspexerit lacrimas et gemitus sine bello
multiplicat. Et luna fortunata locum coniunctionis benivole
aspiciens totam gentem in gaudio vivere permittit et econ-
signa ignea aerea — verso. Si coniunctio in signis igneis vel aereis siccita-
tem sterilitatem et famem facit. In terreis destructionem
seminum inducit. In aqueis gelu et frigus ventos
et pluvias et pestilencia fiunt et hec si fuerint impe-
diti. Sed si in hiis signis fuerint fortunati bonorum aug-
mentacionem in omni generacione eorum et mali diminu-
tionem ostendunt et coniuncti in domibus fortunarum et in co-
niunctione bona roborabitur pax iusticia et amicicia. Sed
in domibus et societate malorum crescit iniquitas et odium.
In signo mobili dies regis abbreviabuntur. In bicorpo-
reo iusticiam permutabunt ad iniusticiam. Et si fuerit rex con-
iunctio in aliquo angulorum revolucionis anni illius in quo fit
coniunctio proprie medii celi apparitionem fit alicuius regis vel
potentis ex parte illius signi et si signum illud fortunatum
fuerit et dominus eius in bono esse fiet illius triumphus
ducatum et valorem. Impeditum autem infortunium eius insi-
nuat et exitum. Consequenter autem aspectus eorum ad se trigonus
vel sextilis in anni revolucione proprie horam prohi-
bet legiferis et ad regnum secreta deputatis. Aspectus
eorum quartus ex opposito revolucionis movet rebelles contra
aspectus — regem facilem et mutaciones in negociis regis et in le-
ge. Sed a se revolucionis lites et plantaciones facit inter
regem et nobiles. Et oppositus aspectus contenciones et o-
dia seminat inter altos et humiles propter hec minus mu-
tabilitas erunt. 3 superiores coniuncti in uno quadrante ter-
☌ ♄ ♃ ☉ — mino vel facie et aspexerit eos sol fiet destructio
in fertilitas regnorum et eorum mutacio et res magnas
secundum fortitudinem eorum. Tempus eventus accidentis con-
Tempus effectus — iunctionis magne maioris vel medie diffinit ptolomeus in qua

decipitio per horas equales inter ascendens et locum coniunctionis cuiusque hore anni unum uel augmentum ex dimidio temporis cum tempore pendit ex motibus planetarum dominantium in loco coniunctionis uel ascendentis eiusdem Nam directio et stationarii augebunt et festinant euentum Sed occidentes uel retrogradi tardant Itemque durationes actionis sumuntur ex fortitudine uel debilitate dominatorum in signo uel loco coniunctionis considerande sunt eius stelle fixe maiores in loco coniunctionis et nature earum necnon ymaginum orientium super directo temporis sitis in eclipsibus In rebus enim illis similiter apparebit eius concurentes effectus Signa quoque si fuerint humana uel bestialia masculina uel femina sunt eius consideranda

De significatione coniunctionis saturni et martis in cancro et per alia signa zodiaci

Si coniunctio saturni et martis in signo cancri fuerit bella et guerre terribiles interfectiones suffocationes captiuitates puerorum destructiones terrarum et depopulationes habitacionum combustiones fames mortalitas sterilitas et pestilencie et maxime si unus eorum cum luminaribus coniunctus fuerit Si coniungantur in leone guerras uel timorem generaliter regis terre motus uel destructionem arborum et multitudinem coloris fuerit Et si fuerit cum eis luna significat interfectiones et guerras regum admonitionem et calorem magnum In virgine guerram et infectionem et si mercurius testificatur eis operatur destructionem et mortem In libra guerras Et si iuppiter attestetur eis significat malum nobilibus et alia efficit urbinum In scorpione guerras Et si iuppiter et luna cum eis multas pluuias et coniunctionem martis significat demum cum eis multitudinem facit vermium In sagittario guerras cum testimonio iouis mercurii et lune bella multa conturbationem regum sapientum nobilium scriptorum et mercatorum In capricorno guerras cum testimonio solis et mercurii fuerit infirmitates et vulnera regibus et aliis hominibus multitudinem latronum combustiones multos ventos et flumina cum paruitate pluuiarum In aquario guerras si attestatur eis luna significat paruitatem pluuiarum cum multitudine nubium mortem multam et absconsionem uiarum In ~~guerras~~ piscibus guerras cum testimonio iouis significat mortem nobilium et si mars in hoc casu solem infortunauerit per aspectum significat infectionem regum Si per coniunctionem significat paruitatem rerum et multitudinem aliquorum marmorum In ariete guerras cum testimonio iouis et lune sanitatem significat In tauro guerras et si iungatur eis iuppiter significat egritudinem et mortem multam et bestiarum et si fuerit illa coniunctio cum testimonio lune et iouis et veneris significat rumores terribiles in gentibus fal-

[margin: ☌ ♄ ♂ ♋; ♌; ♍; ♎; ♏; ♐; ♑; ♒; ♓; ♈; ♉]

sitatem et decrepcionem, mortem Regum, oppressionem inferiorum, neces-
sitatem bestiarum, sanguinis effusionem, augmentum aquarum et fla-
[II] tus ventorum. In geminis guerras inter cognatos ad destructio-
nes binarum et veneris (?) fit gravedo militum super regem
diminucionem annorum et fertilitatem victualium. Et si conjungantur
[Locus q(uando) afflic(tionis)] in gradu exaltacionis alicuius signi terre incole climatis vel
loci illius cuius signi (?) sectores (?) planeta talis fuit consequentur malum de-
struccionem et interfeccionem propriam si dominus exaltacionis
[Tempus] respexit illos et si talis aspectus fuit ex signo fixo pro-
longabitur illud malum super eos. Ex signo mobili finem
accelerat et ex signo communi medium tenet. Et si dominus exaltacionis
non respexit gradum illum sed reddiderit alicui planete lumen
suum ad ipsum consequentur incole Regionis illius difficul-
tatem propter homines quosdam quorum indigenarum (?) vel ab
hiis qui non sunt de regione illa. Et si dominus exaltacionis
non respexit eos nec planetarum aliquis lumine eorum reddiderit
ad ipsum veniet super homines regionis illius tristicia et
[Angulus domus 12.] angustia. Deinde removebitur ab eis. Et si coniuncti
fuerint in aliquo revolucionis angulo significat diuturni-
tatem regum multitudinem guerrarum et durabunt hec
usque ad coniunccionem sequentem. Et si contingerit in a-
scendente anni nocumentum facient in plebe generaliter. In 2o
vel 8 destruccionem censuum, malam famam divitum sit (?)
Regum debilitatem et egestatem in vulgo. In 3o vel
nona aera terribilia et discordias. In 4 febres
et ruinas in civitatibus. In 5 vel 11 destruccionem
filiarum multitudinem militum et armatorum. In 6 vel
12 bestiarum depredaciones. In 7 adversariorum insul-
tus undique. In 10 mortem regum et principum preci-
pue in locis pertinentibus illius signi in quo tunc coniunc-
tus. Veruntamen bonorum aspectus ad locum coniunccionis ma-
lum diminuit et aspectus malorum maliciam auget et
qui predominantes sunt in loco coniunccionis et aspicit eiusdem
et in aspectu revolucionis suam maliciam ostendit. Et ideo
[Testimonia] considerande sunt propinquitates eorum ad augees et la-
titudines in orbe signorum vel in gradu Saturni et
[△ ✶ ♄ ♂] Jovis consequenter (?) sunt. Rursus martis aspectus ad Satur-
num sextilis vel trinus dampnum in regnum reddit (?)
et anxietatem in eius negociis ponit et involvit
[□ ♂ ♄.] homines in lege. Aspectus eorum admirari legem (?) et princi-
pes (?) ... revolucionis predominus multiplicat. Et in 10
revolucionis dampnum causat in vulgo propter inobedi-
[☍ ♂ ♄.] enciam a rege vel prelato. Oppositus aspectus eorum discor-
diam et odium in plebe multiplicat. Econtra si tempus
[Tempus eventuum] eventus accidentis istius coniunccionis diffinire volueris sume di-
stanciam inter locum coniunccionis et solem pro quolibet 30 gra-
dibus annum ... 2 gradus 18 minuta inversam equalem

pro 34 minutis ebdomada et pro 7 minutis diem et
hoc si signum ascendens fuerit fixum et ipsi fuerint occidentales et si fu-
erint orientales loco annorum pone menses Sed si ascenden-
s fuerit commune et ipsi fuerint occidentales pone menses Si orien-
tales pone ebdomadas Si autem ascendens fuerit mobile
loco annorum pone ebdomadas et loco mensium dies
si fuerint occidentales ~~pone menses~~ Et si fuerint orientales
pone dies et tunc apparebit tamen actus illius
procedens regula veritatem Item si signum ascendens fuerit tale
quod tamen una domus contineat et nichil de eo ad secundam
domum cadat Si vero fuerit angulus minus 30 gradibus et
de signo ascendentis venerit ad domum 2am tardabit signi-
ficatum illud ultra tempus constitutum in proportione graduum
illorum ad 30 Ut si fuerit 6 gradus cancri ascendens et
24 eiusdem fuerint initium 2e domus tunc tardabitur significatum
illud ultra prefinitum tempus per sextam partem sui quia
5 gradus qui ad secundam domum venerint sunt 6 pars de
30 et si plus venerit ad eandem domum plus tardabi-
tur secundum proportionem graduum illorum ad 30 Item si angulus
plus contineat quam 30 gradus anticipabit statum ac prefini-
tum tempus secundum proportionem graduum ~~illorum~~ excedencium ad 30
Ut si fuerit ascendens in medio septimi climatis 21 gradus aqu-
arii tunc initium 2e domus erit 3 gradus arietis et sic
festinaret statum 2m 10am partem sui quia 3 gradus ultimi
aquarii et 3 gradus primi arietis qui sunt ultra 30 in an-
gulo sunt 10a pars de 30 qui sunt in piscibus et sic in-
telligas per qualemcumque proportionem signi ad latitudinem
anguli Similiter si fuerint inter eos et solem minus 30 gradi-
bus et fuerit ascendens de signis que minus duabus horis ori-
untur equalibus erunt dies et si inter ipsos et solem
fuerint 30 gradus precise fuerit quod signum ascendens quod oritur in
duobus horis tunc erunt menses Si vero plus duabus
horis oriatur ascendens sunt anni secundum quantitatem proportionem gra-
duum et modorum ut supra.

De significationibus coniunctionum et applicationum aliarum

Kaynsiruch [?] dixit ad alias planetarum coniunctiones que
mirorem in rebus significatum dicunt Cum enim saturnus
iungitur soli fraudes prohibet divitum et mendaciorum Aspectus
eorum admirationem ex timore vel septem praeparabit Regi
innuit propter quam gravaret populum sibi inter Aspectus eius
proprie ex 6to revolucionis principes in secreto sua tra-
ctare negotia permittit Ex 4to revolucionis metum et an-
xietatem inferre principibus et de plebe multos excre-
clandet Aspectus oppositionis facit principes vexare clerum et
religiosos et per quosdam legem putantes Con-
iunctio saturni cum venere grandem indigen-

cia^l toc^g a^ni metg et tristicias et morte famose mul^ris
In loco et region^e veneris s^it. Aspectus eo^z trinus vel
sextilis periculosus est p^rgnantibus. Aspectus q^rtus signa
viros et uxores et i^o revolucio^s monet rixas int^r
eos inc^{re}mentum filiu^m regine necabit cu^m ea et planta
brit femine cu^m viris contra principibus et damnabunt^r eos
venenis. Aspectus ex opposito eius s^ic s^ic est cu^m q^rto.

Coniunctio Saturni cum Mercurio.

Res multiplicat superstitiosas et nigromanticas et vilipe^n
detur scientia diminucio^e et erunt multe pericula. Aspectus
ex trino vel sextili s^it legis amplificatio^m et ampl^i
librorum. Aspectus q^rtus maxime ex q^rto vel i^o revolu^
cio^s detencio^m s^it nigromancie et incantacio^um. Aspectus
oppositus s^it tristicias precepit d^nam propone septentrion^m
et g^rtica inde sentum.

Coniunctio Saturni cum luna.

Horrorem faciunt in hominibus frigus et deceptacio^m in
civitatibus et paucitatem aquarum in fluminibus et si luna
Saturnum eclipsat magni regis aut viri mortem s^it. Aspectus
trinus vel sextilis falsa ponunt testimonia. Aspectus
verba contradicunt ex colera vivent civitates et cer^
tina. Pregnantes facient aborcia et multitudo animi
p^rstat impedita. Aspectus q^rtus et ex q^rto revolucionis
melancolia multiplicat somnia causantem et opiniones
horribiles. Ex i^o monet plantatores int^r reges et p^rim^um
et ang^r capituacio^es. Aspectus oppositus anxietatem et
laborem efficit in vulgo.

Coniunctio Jovis cum Marte.

Precipue in aliquo angulorum a^ni gmociones
et discordias regum lites multas percussiones et plan^
taciones epidimia et mortalitates s^it in terra partibus
signi coniunctio^s nubes diversi colors et choruscatio^s con^
fiunt. Bestie fiunt care. Consistr^e multe et moriet^r p^rinceps
ung^r climatis illius in illa revolucio^e precipue si fuerit
signum g^rmis fixum vel erit saltem in pacto dene^r
cucurrerunt A 2 dies cum noctibus simul a g^re

Coniunctio Jovis et Solis.

Damnum s^it in lege et
ordinibus. Aspectus sextilis vel trinus s^it g^rniz sig^r
Aspectus q^rtus et ex q^rta revolucio^s iusticia expe^rt
in delinquentes. Ex i^o concordia et tranquillitatem in
ministracio^e legis operat^r. Oppositus aspectus significat co^n
trarium sig^r

Coniunctio Jovis cum Venere.

Optimum esse s^it in mulieribus sed indigencia panis et
victus facit in terra signi g^rmis. Aspectus trinus vel
sextilis mulieres inclinat ad dilectio^z legis vel p^rlos
suas religioso viro cogant. Aspectus q^rtus regina
salvat incolumne. Oppositus aspectus litigium moviet
int^r feminas et viros con^r viles et coitus.

Coniunctio Jovis cum Mercurio.

Secreta scientia

et legum inquirit Sed hec quando si fuit in separacion
a marte comistas multiplicat calorem in aere et e-
pidimia aspectus trinus et sextilis quartus et oppositus discepta-
tores in vulgo legis et rixas inter legisperitos designat

Coniunctio Iovis cum Luna bonitatem legis
et iusticie disponit in vulgo aspectus trinus vel sextilis
legis et iusticiam manifestat aspectus quartus legem vel-
tat aspectus oppositus rixas in lege movet

Coniunctio Martis cum Sole lites movet
in oriente aspectus trinus vel sextilis sunt reges domi
lege et iure indicat per eam aspectus quartus presertim
ipso contra rebelles cautelas sunt in tractu ipsi et quod
inde provenit certum et occultum erit Ex decima revo-
luciones ministerial regis sunt et combustiones in aere

Coniunctio Martis cum Venere grandes
occasiones in locis veneris sunt et istos venereos in
sexu muliebri disponit aspectus trinus vel sextilis fe-
cunditatem conceptum et partus facilitatem tenet aspectus
quartus et oppositus actus multiplicat venereos in utroque
sexu **Coniunctio Martis cum Mercurio.**
Sapientes molestat opus alchimicum fecit falsarios
quos revelat aspectus trinus vel sextilis agit ad ipsi
ingenio quartus et oppositus ingratum auget opera que
fiunt per ignem et alkimiam

Coniunctio Martis cum luna sunt falsores rumo-
res sanguinis effusiones verecundaria in mari navium
submersiones et terre motum aspectus trinus vel sextilis
revelare facit legem et iusticiam et in victualibus aug-
mentabit copiam aspectus quartus ipso revolutos lege facit
delinquere in pactionibus minister oppositus aspectus lites et
infectiones ad triumpho regis pretendit etc

Venus cum retrograda soli copulatur pugnans
timor et grandia dire terminatur. Dum sol inquietatur
mercurio timor iactat se insipiens vestiri rixantur celat
secreta sapiens predonis rapiuntur **In coniunctione
Veneris et Mercurii** regum secreta prodeunt
et legum decreta misteri delebuntur aspectus sextilis
ligamus fit in cartis amoris **Venus cum Luna**
Plurimas ebrietates et cantilenas auget idem fit
in trino et sextili aspectus quartus addit iurgiis in aspe-
ctu Sed aspectus oppositus movet certamina inter mulieres et
viros. Sed quando mercurii ad lunam velocitate dat
ingenium discrecionis legatorum et compositionum [illegible]
[illegible] et posse mercatorum Prescripte [illegible] huius
capituli cum aspectibus si iungant in amore venoli-

cionibus erunt efficaces In quibusdam magis erunt valide Sed in
aliis temporibus estimabere debiles Et contingent earum effe-
ctus in locis subiectis signis in quibus contingunt aut a qui-
bus se aspiciunt

De significationibus eclipsium luminarium et accidentibus earum

Luminaria vero cum fuerint
eclipsata in emisperio superi-
ori causant in locis subiectis accidentia quorum maio-
ra sunt etc. scilicet terre motus diluvia bella pestilencie fames et
siccitates vero scilicet calor frigus plurima sterilitas Magister
Ptolomeus in centiloquio confortatur autem hec virtus per coniunctio-
nes stellarum fixarum cum loco eclipsis et per quantitatem magnitu-
dinis earum cum ea hec consequitur durat effectus eclipsis in omni
regione sic nec temporis tunc hora in quibus contingit accidens
eclipsis accipimus a principio trigoni et ea specialiter
que sunt signi eclipsis et adiungimus eis civitates con-
cordantes cum signo eclipsis sive per ascendens in hora fun-
dacionis earum sive a locis luminarium in hora illa sive
a medio celi nativitatis domini qui fecit ipsam edificare et si
omnis civitas in qua duratur eclipsis per duas partes vel ipso
scripta dicit aut per partes recepit magnam partem accidentis
illius eclipsis Si vero duratur in ea per unam partem tunc minus
recipiet Ab horis naturalibus invenitur prima per diem de die

Hore natura-
les

vel de nocte fuerit quo contingit accidens eclipsis statim
principium accidentis et principium eclipsis et ascensionum invenitur prin-
cipium accidentis et que sunt a medio eclipsis et ascensionem
ostendunt medium et horae naturales cum partibus finis que sunt
a fine eclipsis ad ascensionem ostendit tempus terminacionis effe-
ctus qui per eclipsim significatur Et accipimus secundum hanc viam
quod quindecim et 29 minutis 13 gradibus et 10 minutis mensem
unum in eclipsi lunari Vel sic accipimus quod qualibet hora
equalis annum unum in sole eclipsi et unum mensem in eclip-
si lune proporcionando partes horarum partibus annorum et men-
sium et est melius dictum Et durat plus quot horis equi-
noctialibus durat eclipsis solis tot annis durabit effectus Sed
in luna computat equales menses quia sol in anno et
luna in mense circulos peragrat Et dicit ulterius si fuerit
eclipsis in parte orientis erit fortitudo accidentis in prima parte
temporis quo durat Si in medio celi erit in media parte
temporis Et si fuerit in occidente erit in fine temporis duracionis
Et hec verum est in omnibus eclipsibus generibus et appli-
cationibus lunarium proprie. Dicunt alii si locus eclipsis
in orientali parte orizontis fuerit scilicet infra vel prima
horas inequales que sunt in 12a et 11a domo tunc
accidens contingit in primo vel mensibus per horam
eclipsis si fuerit lunaris vel in primo vel annis si
fuerit solaris Ita ut prima hora proporcionetur primo
mensi vel anno secunda secundo et tercia 3o et

erit fortitudo accidentis in prima 3a ipsius spacii. Si vero
fuerit in reliquis 4 horis que sunt in domo 10 et quod
erit in sedis 4 mensibus vel annis et eius accrime in
media 3a ipsius spacii. Sic ergo si in occidentali parte orizontis
fuerit eclipsis hoc est in ultimis 4 horis quod sunt in
8 et 7 domo eveniet effectus in 4 ultimis mensibus
vel annis et fortitudo accidentis erit in ultima tercia
ipsius spacii. Et si fuerit coniunctio Saturni et Jovis
cum eclipsi mutat tempus eius in plus diminget? per
tempus coniunctionis vel applicationis cum tempore eclipsis. Nam
si fuerit illa coniunctio cum mutatione triplicitatis addit 200 an-
nos fere. Et si fuerit coniunctio valde magna durabit
per 960 annos fere. Et si fuerit illa coniunctio sine mu-
tatione triplicitatis addit 60 annos si fuerit media vel 20 si
fuerit parva. Et si fuerit hec coniunctio cum eclipsi lunari
duplicabimus annos in mensibus. Et sic faciendum est in
omnibus coniunctionibus applicationibus et oppositionibus earum que fuerint
cum eclipsibus. Gubernator eclipsis est planeta pluri-
um dignitatum in loco eclipsis et in loco anguli qui
ante ipsum est a occidentali si fuerit post medium celi vel 10 si fuerit
ante medium celi exceptis luminaribus eo quod planete inclinant
operis solis et lune et inducunt ad opus suorum naturarum
propter quod accipimus causam eclipsis a planetis. Porro adiungi-
mus stellarum fixarum maximarum que sunt cum
eclipsi in uno circulo et angulo qui est ante eam et
post eam. Et si fuerint duo planete vel plures equalis fortitu-
dinis ille qui primus venit ad angulum cum revolu-
tione sua est eligendus. Et oportet quod dominator semper
sit in angulo precedentium locorum aut aspiciens ea. Et
si stelle fixe fuerint equales in propinquitate eligatur maior
dominatorem mensis eclipsis vel preparationem generis cum
signo eiusdem si fuerint orientales stationarii augent opus
eclipsis. Occidentales minuunt. Item anguli velocitant
succedentes sunt mediocres et cadentes tardant. Et
ex parte signorum mobilium est velox fixorum tarda et com-
munium mediocris. Dubitata que recipiunt actus ecli-
psis sunt que concordant cum rebus pertinentibus ad signum
eclipsis et ad signum dominantis planete in loco eclipsis et
in signo anguli qui est ante eam et qui post ipsam 6
de figuris stellarum que sunt in hiis locis signorum
figure que formantur in angulo circuli zodiaci et figure
imaginum stellarum fixarum cum sint humane futu-
rum illud contingit in humano genere. Et similiter intelligendum
est de figuris aliis ferarum. Animalium reptilium ser-
pentium et volatilium. Sed que sunt ista per ... in
libro introductorio et qualiter earum figurarum ...
... per ... cum quibus concordat. Sunt ... r

Gubernator Eclipsis

tempus

Locus

Qualitas rei

[illegible]
omnibus Taurus cum bobus et vaccis. leo cum speciebus
ferarum omnium. et ultima metas sagittarius cum
equis mulis et asinis. Capricornus cum hircis capris
et edulis. Reliqua vero figurarum imaginum que in zodiaco
in aere et medio sunt de rebus que sunt apud nos
que secundum concordant in naturis ut signum del-
phini sunt pisces marinos et navis omnia navigancia [?]
et quod ex figuris aliud silvestrium [?]
ponitur habitantes terre motus [?] sunt ruinas castrorum
atque villarum. Quod autem versus medium figurae alta-
ris aeris ut sunt venti fortes pluvie multe
[?] designat. Preterea locus eclipsis et gu-
bernatoris eius si fuerint in aliquo signorum solsticialium
vel equinoctialium erit signo in rebus aeris et in tempestibus
communiterque eorum convenientibus de seminibus fructibus arborum
herbis frigidis [?] que tempore contingunt. Item eclipsis vel
gubernatoris in signis equinoctialibus fiunt illud circum
venientes [?] oratoria et cetera. In locis solsticiorum fit
mutationem morum in illa regione. [?] eclipsis solis
in signis igneis siccitatem et sterilitatem terre. In ter-
reo mortem pecorum et commotionem arborum. In aereo
egritudines. Et in aqueo facit abundantiam pluvi-
arum. Sed eclipsis lune in signo terreo quantitatem frigoris
In aqueis pluviam si tempus consonat. Sin autem separa-
tio efficit. Si contingit eclipsis solis in sua domo vel
in qua fuerit ex luminaria in fortunis applicata sub terra po-
sitionibus accidet tunc dies dampni magni et catastro-
phe. Et si fuerit ibi infortuna in signo igneo com-
bureretur aliquis locus in civitate tali. Si in aqueis
submergetur aliquis et erit vita [?] illius diei si
fuerit eclipsis versus orientem. vel circa finem diei
si fuerit versus occidentem. Idem est intelligendum in qualibet
quarta [?] luminarium [?] fuerit eclipsis [?] Et fortior
hec est si facto in via combusta quam alibi domus anni
cum fuerit domus eclipsis et aspexerit eum mali impe-
dimentum facit in vulgo. cum sol pervenerit ad ascen-
dentem eclipsis secundum naturam imaginis ascendentis et si fuerit huma-
num in hominibus bestiale in bestiis etc. Et cum fuerit
significator Regis dominus loci eclipsis et aspexerit eum ma-
livolus timendum erit de rege cum venit sol ad medium celi
eclipsis. Sole in libra et capricorno [?] si contigerit ecli-
psis lune in Ariete fuerit ex Saturnus in cancro [?]
Regis per intoxicationem vel proditionem verissime sit. Et quan-
documque contigerit eclipsis in Ariete vel leone regi in-
minatur periculum. Eclipsis lune in tauro mortem vacca-
rum significat repentinam. Dixit Ptolomeus quod eclipsis in an-

Marginalia: [illegible] — de lyra [?] — Solsticialia signa — equinoctialia — ☉ ecli. in igneis — Dominus anni — [illegible]

angulis ascendentis nativitatis ciuius vel introniçacionis vel annorum revolucionibus impedit nam ipsius domus in rebus quas in sua nativitate signavit detrimentum erit impedimentum illud in angulis revolucionum sive nativitatum et si fuerit aliquod luminarium in hilech vel alkocoden nativitatis alicuius fuerit sive luna vel sol in aliquo tempore obscuratum significat gravem infirmitatem vel periculum illi cui fuerit hylech vel alkocoden nisi aspexerint locum eclipsis fortune et eclipsis omnis quanto fuerit maior tanto fortior et solis et solis est fortior [illegible] eclipse. Quantum si totus luminaris fuerit obscuratus tunc accidens stellarum totum corpus subiecti occupabit et si medietas medietatem regni. Vel aliter si gubernatores eclipsis fuerint fortes tunc erit accidens in maiori parte gentis subiecti recipientis et si debiles in minori et si fuerint in opposito eclipsis erit accidens ~~aut~~ mediate gentis subiecti ~~[illegible]~~ Si in trino aspectu tunc in 3a parte Si in quarto tunc in quarta parte Si in sextili in sexta parte gentis subiecti cadet accidens significatum

Qualiter de mutacionibus regnorum sectarum et durabilitate regnicium sit pronosticandum

In precedentibus mencio plerumque facta fuit de mutacione sectarum et regnorum cuius sua dependet ex sua mutatione coniunctionum saturni et iovis de triplicitate in triplicitatem Et ideo sciendum est quod ascendens magnarum coniunctionum et annorum earundem in principio regnorum et ascendentia coniunctionum et annorum vicissitudinis regni vel anni coniunctionis in quo sublimatus est rex ille noticia sunt ad quod rei noticiam et aspiciendum est ad partem regni que sumitur a marte in luna et augentur desuper gradus ascendentis ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ significat mutacionem et proiciantur ab eo. Alio modo sumitur a gradu medii celi revolucionis anni in quo fuit coniunctio magna in gradum solis et proiciantur a gradu iovis quod est de parte regni Secundo ab ascendente anni coniunctionis triplicitarum in gradum vero coniunctionis et proiciantur ab ascendente revolucionis et quo pervenerunt ibi est pars regni. Et querentur hec tres partes in omnibus revolucionibus magnarum coniunctionum et indicatur de hiis secundum positionem earum in circulo Et secundum aspectum fortunarum et infortunarum ad ipsas hec significant coniunctionis significat coniunctus ad quod permutabitur vicissitudo regni Et signum ad quod pervenit augmentum coniunctionis in anno introniçacionis vel hora sublimacionis regis secundum significat causam eius propter quam permutabitur vicissitudo et permutacio vicissitudinis regni de una gente ad aliam fit quando durat revolucionem partem aliquis

In principio regnorum et coniunctionum significancium principia regnorum vel in principio regnorum vel quando reges incipiunt quod aspectus illarum revolucionum quod hec tangens [illegible] clausula

pars regni

coniunctionis

inferiorum Et erit permutatio cum peruenerit revolutio ad aliquam
quartarum Et quando signauerint coniunctio permutacionem et fuerit
in signo bicorporeo et ascendens similiter tunc erit permu-
tatio cum peruenerit annus cum directione ad locum quarte et
si non fuerit in illa hora erit in quarta 2a Et si fuerit
coniunctio in principio signi erit permutatio in quarta 3a Et si fu-
erit in medio erit in quarta 2a Et si fuerit in fine
erit in quarta prima Et considera partem regni que si ceci-
derint in principiis signorum cuius illius fortes perfecerint
si inueniam Et si ceciderint in medio regnum totum
durabit Et si in finibus signorum tunc exibunt gen-
tes contra eos per alia facta quarundam regni ciuita-
litas aut gentium ad quas permutabitur vicissitudo re-
gni fiet per partem regni cui ultima pulsat hanc ad illam
gentem permutabitur regnum cuius ultima signator consistit
Et si pars regni ab ascendente permutacionis coniunctionis fuerit eorum
vicissitudinem fuerit in angulo et dominus eius similiter in
angulo erit eorum mora secundum quantitatem temporum revolu-
tionis maioris scilicet 960 annorum vel orbis magni scilicet 360
Et si fuerit ab angulo remota et dominus eius fuerit in angulo erit
mora eorum ad quos fit regni permutatio secundum quantita-
tem revolutionis medie scilicet 2 [illegible] annorum Et si fuerint ab
cadentes ab angulis nec aspicientes ascendens erit eorum
mora in regno secundum quantitatem revolutionis minoris scilicet 20
annorum Simili modo extrahitur eorum mora in regno per
locum lune in locis superioribus [illegible] Ad quam plagam mundi
permutabitur regnum scitur ex loco partis regni revo-
lutionis coniunctionis maioris vel intronizacionis regis precedentis quia
si fuerit in parte celi orientali successor regis erit de ori-
ente similiter de occidente Si fuerit in angulo terre erit de
[illegible] Si in medio celi erit de climate
vel [illegible] Et si dominus partis regni fuerit in quadratura
partis regis erit successor ille sapiens [illegible] Si [illegible]
[illegible] erit iuuenis Si in trino aspectu erit mediocris
[illegible] in opposito erit antiquus. Aspicientes a [illegible] in revo-
lutione mortis regis cui sol vel dominus medii celi [illegible] sua
tribuerit [illegible] si dominus [illegible] dederit filio post eum
regnabit Si dominus [illegible] tunc [illegible] Et tunc aspiciendum
est ad duos [illegible] locorum [illegible] quis fuerit plurium
auctoritatis habens [illegible] ipsorum si fuerit fortis maior filius vel
[illegible] post eum regnabit Si secundus tunc medius [illegible] vel filius
Si tercius tunc iunior [illegible] vel filius post ipsum regna-
bit Et si [illegible] vel filius in aspectu [illegible] natiuitatis
dominum [illegible] vel filiorum Regis [illegible] testimonium
fit magis clarum [illegible] quod nullus [illegible] de re-
gali progenie regnum illud obtinet nisi fuerit eius natiui-
tas [illegible] celi in principio regni illius [illegible] ip-
se sit ascendens vel medium celi natiuitatis conveniens

Nota

ascendenti vel medio celi revolutionis introizatoris et fuerit
coniunctionis magne regnum illud fuerit. Et si significator regis
revolutionis mortis eius vim suam dederit alieno mu-
tabitur forsan regnum illud ad stirpem aliam. Dixit Haly
Si durabilitatem regnandi scire volueris accipe a domo
partis fortune ad eandem partem et quod fuerit inter ea da unicuique
signo mensem unum diem vel annum. Et dixit Vellius quando
dominus ascendentis fuerit in signo in quo est applicatio ra-
dicis annorum erit mortem regis. Dixit Vetera quod distan-
tia inter primam partem que est Saturni et secundam que est
Jovis cum gradibus domus medii celi in signo suo ad
ascensiones illius signi redacta est quantitas durationis re-
gnantis. Unde si unus illorum vel ambo fuerint in domo vel
exaltatione sua dat annos. In reliquis dignitatibus
dant menses. Sed peregrini dant dies. Idem de angu-
lis succedentibus vel cadentibus est dicendum. Pars vero
secunda in revolutione coronatoris accipitur a Saturno in
Jovem et proicitur a loco coniunctionis mutantis statum. Secunda
pars sumitur a Jove in Saturnum et proicitur a gradu in quo
iuncti fuerunt proximo in illa statu vel contra. Et pro
30 gradibus sumitur annus et pro 2 gradibus et dimidio mensis.
Quod sic est intelligendum in anni revolutione vel in hora
qua coronatus est rex. Si prima pars fuerit in domo pla-
netarum altiorum sive respectum habuerit ad eam sive non tunc
pro omnibus 30 gradibus sumitur annus et pro omnibus 2 gradibus
et dimidio mensis. Si vero non aspexerit prima pars
eam tunc minuatur de gradibus distantie medietas et de
residuo fiat divisio secundum premissa. Et sic incipiendum
est a parte debiliori eundo versus fortiorem secundum locum
et dignitatem. Et si fuerint ambe equales in fortitu-
dine tunc que fuerit in suo hayz aspiciatur et incipe
ab altera veniendo ad eam. Et cum finitus fuerit numerus illius
temporis morietur rex ille nisi evaserit per fortunas. Considera
igitur in fine terminos illius signi applicatos coniunctionis maio-
ris quod si damnatum fuerit in anni revolutione fuerit quod
sol vel significator regis in aspectu martis vel saturni pre-
dicitur regis erit in isto anno. Item si non ita fuerit fiat ei
alia revolutio que cum ad aliquam infortunam applicuerit
tunc erit timendum de eo. Terminum signum applicationis
si damnatum fuerit et significator regis salvus vel [illegible] non
mortem sed damnum vel egritudinem erit secundum naturam loci vel
infortunatis. Impedimentum hoc rei est aspectus martis
vel saturni in revolutione anni predicta vel applica-
tio radicis regis a coniunctionibus maioris vel ad aliquam eius vel

cum applicuerit annus ad status illius partis qui mala accidentia
illius anni significavit .8. aut transierit terminus ille in
quo de morte regis timebatur tunc dirigatur locus finis per-
fectionis ad locum finis infortune regis et cum ad illum per-
venerit revolucio anni [illegible] morietur rex ille et in
hoc quibusdam 3o quod datur annus unus ut supra consi-
derent anni in hora coronacionis regis [illegible]

De rege.

et alcocoden sicut in nativitatibus fit et dirige ad
[illegible] et oppositos radios malorum. Similiter dirigunt quidam
medium celi et ascendens et secundum quod maior eorum pars vel
omnes fuerint impediti vel salvi indicat de eo in bono
vel malo. Dicunt enim quidam medium celi respicit statum regni
et quod ascendens statum sui corporis. In revolucione corona-
cionis sol separatus a Iove applicans ad martem a quo separa-
tus ante [illegible] signi. Si respexerit saturnum [illegible]
regum quidam de stirpe sua nec perveniet nisi sol
[illegible] signum. Si autem saturnum aspexerit tunc fortasse
amittet regnum per hominem illum vel saltem gravabitur
valde. Saturnus in x revolucionis regis coronacionis
si fuerit resistet ipsi regi et litigabit cum eo multis
annis secundum numerum inter saturnum et ascendens reges quorum
[illegible] cito deprehendunt et de [illegible] subito se vendi-
cant sic quorum ascendens vel medium celi fuerit signum igne-
um vel aereum in principio regni. De regis autem statu
particulari et annali indicatur hoc modo in quacumque re-
volucione fuerit in medio celi corpus infortune. Vel signa-
tor regis fuerit combustus vel in opposito solis [illegible]
[illegible] cum aquario [illegible] in 8. vel [illegible] signa
tota regis [illegible] solem vel dominum medii celi vel dominum
partis sublimacionis [illegible] illorum fortiorem inveniens et hoc
in die. In nocte vero lunam. [illegible] solis signa-
tor regis [illegible] sub radiis [illegible] mole-
stiam et metum regi [illegible] de quibus non evadet, ni-
si fortuna respexerit [illegible] sub radiis
timores et angustias [illegible] de quibus liberabitur
nisi [illegible] infortuna. Tunc enim prolongabitur
semper eum malum illud usque terminum sit per distanciam
inter ipsos [illegible] adventum infortune illius ad [illegible] me-
dii celi. Si bonorum aspectus alleviat. In quacumque re-
volucione fuerit signator regis [illegible]
vel fuerit inter [illegible] vel collectio [illegible]
[illegible] vel colligens medium celi respexerit mortem
regis in eodem anno [illegible]. Si non aspexerit [illegible]
sine morte [illegible] et si dominus octave signatorem

regis recepit et cum hoc receptum dignitatis in medio celi ha-
buerit non erit timendum. Tempus autem eventus illius
mali terminatur per coniunctionem significatoris regis cum domo octavi me-
dii celi vel cum [illegible] aspexerint ex quarto vel opposito et
hoc si domus hec fuit fortis hoc debilis vel retrogra-
dus combustus vel coniunctus parum faciet Mars impediens
significatorem regis in revolutione et ex quarto fit regis mo-
lestia vel interfectio ab adversariis. Si a se captivi-
tatem et sic de aliis omnibus et esse regis quolibet sit
ab esse significatoris eius et conditione ipsius in coniunctione et se-
paratione atque [illegible] [illegible] ut dictum est

Significationes et qualitates signorum cum fuerint ascendentia temporum vel revolutionum aut loci magnarum coniunctionum vel eclipses fuerint in eis aut directio vel profectio pervenerit ad ipsa in locis ascendentium coniunctionum eclipsium vel quorumcumque temporum notabilium

b [Q]uas signorum proprietates distinxit Albumasar in [illegible] signo-
rum magnarum coniunctionum fuerint ascendentia magnarum coniun-
ctionum vel revolutionum annorum vel in quibus fuerint loca
coniunctionum vel eclipsium vel quorum directio et profectio a locis an-
dictis venit ad ipsa vel ab orbe magno aut in quibus fuerint
loca vel ascendentia temporum notabilium quorumcumque.
Cum igitur signum Arietis fuerit secundum ea que dicta sunt, fit hoc in
civitatibus [illegible] et locis que sunt sub domo Arietis erunt reges
et principes magnanimi tyranni et alti cordis et
erit usus armorum multorum, bella venient generaliter et
interfectiones combustiones possessionum et indigentia [illegible]-
arum. Venti fiunt orientales et occidentales cum [illegible] aeris
[illegible]nalis in estate estivali et autumnali. Dolores ca-
pitis et oculorum vehementia frigoris cum nive aug-
mentabuntur, herbe et pascua minuentur, messes anim-
alia [illegible] in [illegible] [illegible] corrumpentur [illegible] ciba-
ria propter [illegible] et cum fuerit [illegible] ascendens vel locus co-
niunctionis aut ad eorum quem directionis in prima facie orien-
tis vel ibi fuerit directio vel profectio fit tonitrua mul-
ta fulgura et ventos fortes in secunda facie temperantia aeris
in tertia facie caliditatem aeris et si fuerit in partibus [illegible]nalibus
colorem aeris et humiditatem [illegible] fit. Si fuerit in parti-
bus meridionalibus fit frigiditatem. Cum fuerit tamen si-
gnificatores [illegible] apparebunt in civitatibus regionibus
et locis quibus dictum est [illegible] prodigia et mala [illegible]

hominibus erunt in hominibus dolores gutturis tumo-
res et inflaciones atque bubones. Multiplicatur quoque desi-
derium et delectacio in mulieribus. Bovinus et alia qua-
drupedia erunt cara. Annus erit forsan mediocris
cum multiplicacione panis vini et fructuum. Venti fi-
unt orientales et occidentales cum vehemencia frigoris erit
vernalis. et bona complexione aeris erit autumnalis
Sed erit estas hyemalis calida et multiplicentur
nives in medio eius. Et erit magnum frigus et plu-
uia tonitrua et fulgura cum grandine destruent
Extendentur maria et sanguinis effusio erit magna
Et cum fuerit gradus ascendentis aliquorum predictorum in prima facie
thauri aut ad locum ubi pervenerit directio vel
profectio ad ipsum significat rumores terribiles et flatum ven-
torum Et si fuerit in 2a facie eam multam significat frigi-
ditatem et humiditatem In 3a facie significat vehemenciam caloris
fulgura et coruscacionem in partibus occidentalibus si fuerit separa
acris In partibus meridionalibus motus fortes in aere. Sa
Cum fuerit geminus signum ascendens dicti. apparebit in regi-
onibus et locis que sub geminorum sunt dominio magna consi-
deracio in scientiis excellentibus et fiunt astronomia
prophetie divinaciones et theologia. Dolor capitis et
egritudines accident hominibus. mors aliquorum. flabunt
venti calidi et venenosi in estate estivali sed parum
flabunt in estate autumnali. multiplicantur pluvie in
estate estivali ~~sed parum flabunt~~ mittentur angeli in mul-
tis locis et climatibus. venti sunt horribiles et toni-
trua destruent in parte meridionali cum destruccione pro-
ventuum. Ordeum abundabit dactili et arbores pro-
sperabuntur. Abortient pregnantes et morientur pueri
Et cum fuerit gradus ascendentis aut ad locum temporis predictorum
In prima facie geminorum significat humiditatem aeris In 2a bonam
aeris complexionem In 3a ultima significat mutacionem temporis Et si
fuerit in partibus occidentalibus significat ventos In meridionalibus
siccitatem et calorem Cum fuerit cancer signum ascen-
dens apparebit in regionibus et civitatibus quibus
preest signum cancri multitudo coitus et generacionis
Timor erit de rebus. bubones et mors in hominibus
augmentum erit cum frigiditate erit vernalis In estate
estivali flatus ventorum occidentalium In estate autum-
nali tempestas Sed in estate hyemali erunt aquarum
diversitas et frigus augmentatum ... et fruuntur
Indigencia equorum et bestiarum multitudo victualium

et morientur bestie. Et si fuerit Saturnus in aliquo trium predictorum
aut aquis loco ex hiis que diximus, Prima facies cancri
aut directo vel profectio fuerit ibi significat timores terribiles
et calorem aeris. In 2a facie significat pulcritudinem complexi-
onis eius. In ultima ventos excitat septentrionales et me-
ridionales vehementer calefaciunt aerem. Cum fuerint figure
leonis quas dixi apparebunt in Regionibus et civitatibus
quibus dominatur leo multitudinis principum Regum dominorum
et tyrannorum cum firmitate et audacia bellandi Et e-
rit in hominibus tristicie et angustie desiderium in auro
et argento et lapidibus preciosis Egritudines erunt fri-
gide in stomacho et ore cum adventu sanguinis. aug-
mentabitur mortalitas et periclitabuntur pregnantes. Multi
erunt lupi Tempus vernale erit mediocris temperamenti
cum declinatione ad frigus Aer tenebrosus in diversis
temporibus In estate estivali calor magnus In medio fine fla-
bunt venti sine cessatione In autumno multe pluvie et
forte frigus In hyeme parum venti principue in fine
parum erit fructus arborum sive plante meliorentur Et
aque fontium minuentur et si fuerit Saturnus in aliquo
trium predictorum a aquis locis ut dixi In prima facie le-
onis aut praeventi ad cum profectio significat calorem vehementem
In 2a bonam aeris complexionem In 3a rores et humidita-
tes Et si fuerit in parte septentrionali significat aeris mutationem et ca-
lorem Si fuerit in partibus meridiei significat humiditatem aeris
Cum fuerit in virgine figure predicte apparebunt in re-
gionibus et civitatibus virgini subiectis magna copia abun-
sio [illegible] legum [illegible] scientiarum nobilium ut Rethorica dya-
lectica delectationes et ocia et multiplicentur egritudines
et fames dolores ventris gutturis Difficultas partus et
effusio sanguinis Estas vernalis pluviosa cum multis ve-
ntis ex parte [illegible] Estas et autumnus temperati et principium hye-
mis [illegible] sed finis erit vehementer frigidus cum ventis
septentrionalibus. Augmentum erit in fluminibus precipue in valli-
bus et ulmis Et si fuerit [blot] Saturnus in aliquo aquarum de supradictis
vel locis aquis In prima facie virginis aut ibi
venit directo vel profectio significat calorem aeris In 2a
facie bonam aeris complexionem In 3a aeris humiditatem
In parte septentrionali ventos In parte meridiana si fuerit aeris
temperiem Cum fuerint figure libre quas dixi appare-
bunt in Regionibus et civitatibus que sunt sub libra le-
ges [illegible] et directa [illegible] pulcritudo corporum
hominum cum largitate Justicia et equitate donandi
et acceptandi cum usu arismetice et geometrice cum genere

calrum melodia delectaconi et leticia multitudo p cacumine edificatos domorum viridariorum et civitatum et locorum amenorum obsurabit aer suavissime et erunt multi venti in parte vernali In parte estivali calidi et venenosi venti et multi Autumpni et hyemis mediores et cum fuit ipsius ast aliquis predictorum ad aquilis locus de supradictis In prima facie libre aut pervenerit illuc aspectu vel directo fit bona aeris complexionem Similiter in secunda et ultima parte Occidentales et meridiane ambe sunt ventose Cum fuerint scorpioni stelle quas diximus apparebunt in regionibus et locis Scorpioni subiectis reges et principes multa famosa reprehendenda cum ingenio parato nec multum prosperabuntur Similiter fient guerre depredationes planctus et tristicie earum predonum interfectos et egritudinis obumbrabit aer fortissime et multe erunt pluvie Pars vernalis erit calida et pauce imbres apparebunt in ea Estas et autumpnus temperati sed frigus in hyeme In cuius medio flabunt venti ex oriente et erunt in ea pluvie multe et dormesque aquarum Et post ingressionem minimum erit descensio pratorum Sed multitudo messium erit et annone bestie erunt multe vermes plurimi et nocumentum ab eis timor et pavor in multis terris movebuntur precii et ulceris et bestie quadrupedes prosperitas erit pugnantibus sed infortunium viatoribus Et si fuerint quando ascendit annus tempore predictorum aut aquilis locus de supradictis In prima facie Scorpionis aut pervenerit illuc directo vel aspectu fient nubes In secunda facie bona complexio aeris In ultima facie mollitiem aeris et calorem In occidentalibus movebuntur ventos In meridionalibus humiditat Cum fuerint sagittario stelle supradicte apparebunt in regionibus et civitatibus quibus preest Sagittarius fortitudo regis et nobilium et providentia pecuniarum et distabuntur terre immundicia in cibo potu indumento et cubilibus Egritudines multe ex sanguine dolor pregnantium lupi lupi et bestie nocive Ex parte vernali erit multarum nubium pluviarum et ventorum Estas et autumpnus temperati hyemis frigida et humida multitudo erit bonorum et verminum et forte descensio spirarum Et cum fuerint quando ascendit annus tempore predictorum aut aquilis locus de supradictis In prima facie Sagittarii aut pervenerit ibidem aspectu fit humiditatem aeris In secunda bona complexionem aeris In ultima caliditatem aeris Partes occidentales fient ventose meridiane humide terre

Sunt capricorno stelle supradicte apparebunt in regio-
nibus et civitatibus quibus preest capricornus multe
concupiscentie cogitacionis in multis acuitas et levitas
in opibus Ire et angustie mendacium fraus absconsio
viarum et multi subornes et pluvie in vere verna-
li Estas erit boni aeris cum flatu ventorum ex orien-
te. Autumpnus et hyemps mediocres arbores corrumpentur
et plante. Sed annus erit mediocris in bono et malo.
Et cum fuerit quando ascendens anni predictorum signorum aut aliquis
locorum de supradictis In prima facie capricorni aut per-
venerit illuc directo vel retrogrado fiet caliditatis aeris In secunda
complexionis bonitatem eius. Similiter in 3a partes eius septentriona-
les et meridionales humiditatem aeris facit. Cum sunt aqua-
rio stelle audicte apparebunt in regionibus et civitatibus
quibus preest aquarius edificatores civitatum domorum et ali-
arum rerum fient canales fluminum et fontium et pla-
taciones arborum Impedimentum erit viatoribus. Ver verna-
lis erit mediocris Estas calida valde. Autumpnus mix-
tus corruptus et tonitrua in eo. Hyemps frigida et nivo-
sa cum ventis orientalibus annus erit sterilis et multarum
locorum status habitantes iuxta ripas et littora egritudi-
nes suscipient et nocumenta et si fuerit quando ascendens anni
signorum predictorum aut aliquis locorum de supradictis prima
facies aquarii vel pervenerit illuc retrogrado vel di-
recto fiet humiditas aeris In secunda corruptio erit In 3a flatus
ventorum Et si fuerit in septentrionali fiet ventus in parte meridio-
nali fiet nebulas. Cum sunt piscibus stelle predicte appa-
rebunt in regionibus civitatibus et locis quibus preest
signum piscium exercicia in divina scriptura et cum eius doctri-
nis familiaritas clericorum et scolarium ad invicem
multa sponsalia / corporum copia / et pecuniarum abun-
dantia / Erunt plantaciones arborum canales flu-
viorum egritudines in ventribus pregnancium nocumen-
tum. multa invidia. annus fortis et bella infectio mor-
tuorum et rumores terribiles discurrent in orizontibus
multis venti erunt multi et caniculi cum pluviis. Ver
erit humidum valde. Estas calida. Autumpnus mediocris
Et hyemps valde frigida. prosperabitur agricultura fru-
ctus et panis erunt in abundancia cum reservacione pau-
ca et si fuerit quando ascendens anni predictorum aut locorum aliquis de
audictis Prima facies piscium aut illuc pervenerit directo

vel profectio sit bona aeris complexionem In 2a veniet hu-
miditatem et in 3a calorem et si fuerit in partibus sep-
tentrionalibus sunt ventos. Si in meridionalibus sunt aeris hu-
miditatem. Predictorum loca signorum dixerit in octava spa-
tium quod satis oportet nativitas stellarum cuiusque intelligenti

De significationibus domorum specialibus in constellationibus maioribus

Em vero dicit de partibus circuli per constellatio-
nibus maioribus ponit albumazar in libro de
magnis coniunctionibus tractatu ordinans sic et est talis Prima
domus vel ascendens est domus vite. Que si fuerit signum
profectionis orbis magni aut ascendens revolutionis coniunctionis
magne vel anni vel locus coniunctionis vel eclipsis fuerit in ea
vel ad eam pervenerit directio vel profectio ex locis predictis
Aut si quis planeta dominator fuerit in ea. apparebit in ci-
vitatibus et locis quorum significatores sunt illius signi. Boni-
tas interpretationum in operibus renovanda virtus et comple-
mentum racionum multitudo comestionis et potationis emptoris
et venditoris Secunda domus est lucri in qua si fuerint
significatores supradicti apparebunt in regionibus et civitatibus
existentibus sub illo signo multe venditiones et emptiones
acquisitiones censusque et multe concupiscentie in hominibus
Tercia domus de fratrum In qua si fuerit aliquid de
supradictis apparebit in regionibus et civitatibus existentibus
sub illo signo dilectio in hominibus mansuetudo et equi-
tas exercicium in philosophia divina scriptura et scientia legum
Quarta domus est patrum Et in ea fuerit de supradictis appare-
bit apparebit in regionibus et civitatibus quibus preerit
illud signum fabricatio civitatum usurpatio hereditatum
et possessionum Inquisitio de substantia mortuorum et venera-
tio parentum Quinta domus est filiorum In qua si fuerit
aliquid de supradictis apparebit in civitatibus et locis quibus
preerit signum illud fornicatio et compagnia multa in feminis
et augmentatur gaudium et leticia et erit consideratio in re-
bus magnis et in fabricatione civitatum et usurpatione
hereditatum. Sexta domus est servorum et egritudinum. Si
aliquid in ea fuerit de supradictis apparebunt in civita-
tibus et locis subiectis illi signo cultus ydolorum et multa
egritudines et itinera multa labores et sagittatores
milites fiunt meretrices et coitus erunt illiciti crescet
invidia et in matrimoniis fit amissio Septima domus

est uxoris et contencionum Si aliquid in ea fuit de supradictis apparebit in regionibus et locis quibus preerit signum illud multa grippia in mulieribus nupcie plures itinerario multa et negociacio rerum allacio et hominum interfectio appetitus venandi emendi et vendendi. Octava domus est mortis Si quid in ea fuit de predictis apparebunt in regionibus et locis quibus preerit signum illud egritudines multe mors et interfectio atque quassio rerum bella et timores Nona domus est fidei Si quid in ea fuit de supradictis apparebunt in regionibus et locis quibus preerit signum illud consideracio in scienciis divinis philosophie et astronomie ingenia operum manualium itinera et permutationes multe valitudo rectorum egritudo et mors Decima domus est regni Si quid in ea de supradictis fuit apparebunt in regionibus et locis quibus preerit signum illud reges magni et famosi milites strenui ampliacio fame regis et honoris et erunt edificia magna et mirabilia Undecima domus est fortune Si quid in ea fuit de supradictis apparebunt in regionibus et civitatibus sollicitudines et melancolie multitudo amoris emptoris et venditoris datio et acceptio largitas et subtilitas in artificiis fidei et veritatis Duodecima domus captivitatum Si quid in ea fuit de supradictis apparebit in regionibus et locis quibus preerit signum illud inimicicia timor et angustia elevacio vilium et inferiorum rerum malarum et turpium surgent rebelles in principem Erunt multe peregrinaciones et egritudines Et hec domus considerantur in primo mobili Sed signa in eis existencia sunt in octava spera

8 9 10 11 12

Capitulum de coniunctionibus planetarum cum fuerint domini magnorum orbium vel divisores annorum orbis magni vel cum dicuntur sex orbes magnas vel super eclipses aut cum fuerint domini ascendencium intercisionum quorumcumque temporum notabilium vel revolucionum

Visum est hiis sepe sapientibus quorum non potest haberi sci-
entia completa de mundi accidentibus nisi per speciales
speculationem stellarum cum sine aliorum admixtione dominium ha-
♄ buerint in locis supradictis. Cum igitur Saturnus fuerit solus
dispositor vel dominus erit generale dampnum ex frigore, locis
infirmitatibus stupore anxietate timore mortalita-
te maxime senum quorum frigida est natura, ex bellis et
interfectione, ex lupis et reptilibus contrarie nature
communis vel publice miserie et homines morientur pauper-
es et divites depauperabuntur. Spissitudo erit aeris
nubes venti fulmina coruscationes et tonitrua. Et si
fuerit eius statio in quadrupedibus tunc erit impedimentum
in animalibus quibus utuntur homines. Si in humanis
♃ tunc in hominibus pestilencie et fames. Jupiter si solus fuerit di-
spositor fiet exaltacionem dignitatem gaudium meliora-
cionem statuum salutem et serenitatem abundantiam vi-
ctualium sanitatem corporum munificatos et firma
augmenta quoque rerum regalium, famam nominis eius et
magnitudinem et generaliter fortunam et felicitatem, nutribus
generatorum precipue masculorum et proventum eorum ad com-
♂ plementum. Aer erit salubris humidus et temperatus, fertili-
tas erit magna et omne bonum multiplicabitur et de-
struetur omne quod abest. Mars cum solus fuerit dispositor
vel dominus locorum antedictorum erit causa detrimenti genera-
liter per nimios ex siccitate et caliditate colera vel
fient ire et rebellitates prelia et lites inter proximos et
cognatos inter vicinos et amicos regum captivitates
mors hominum subita, febris terciana, sputus sanguinis pre-
cipue in adolescenti etate. Erunt ignes et combustiones
vilipensio legis et rituum. Et hoc si fuerit eius statio in
humanis. Si vero eius statio fuerit in aere erunt calores ma-
gni, venti calidi et pestiferi mortalitates tempe-
states choruscationes, corpora arida findentes. Si fuerit
eius statio in aquis accidet in mari submersio navium
subita per ventos contrarios. Minuentur aque fluviorum et cor-
rumpentur aque potabiles. Si in terris fuerit eius statio
nocumentum accidet frugibus propter ignem et calorem com-
burentem et in domibus horreis atque tectis cadet
☉ ignis comburens. Sol cum solus dominium habuerit in pre-
dictis fiet solemnitatem regum gloriam et potenciam altitu-
dinis regni et omnem solemnitatem ostentatem amorem
utilitatis et affectum. Et in accidentibus magnis quod fuerit

ĩ Eclipses luminarium non attribuunt preterquam dominium
~~[illegible]~~ sed alijs quinque planetis retrogradis Nam sol et
luna sunt domini aliorum planetarum et earum opera incli-
natur ad nos planetarum aliorum et ideo sequuntur cauda-
eclipsium a quinque planetis creatis sine dominio speciali Sol
et lune. Venus vero si fuerit gubernatrix sola in locis ♀
supradictis operatur ea que Jupiter et cum hoc actus excitat
veneos alacritatem facit in hominibus meliorationem
status eorum multiplicat plebs et substantiam commoditatem fa-
cit in omnibus rebus coniugalibus bonus erit annus et fer-
tilis significatio eius in aere ventos facit salubres
serenos et humidos In mari salvationem navigancium. In
matrimonijs lucrum In fluminibus augmentum et in fructi- ☿
bus abundanciam. Mercurius vero dominator fuerit solus et alli
applicatur eius opus eius vel opus signi in quo fuerit In
secundum complexionem operis eius movet res multas plusque aliarum
stellarum secundum naturam eius cum iungitur et fit per se bella et
insultum vulgi in reges mortem subitam viarum abscisi-
onem latrocinia et depredationes ventos movet tur-
bulosos et de facili mutabiles tonitrua terre motum cho-
ruscaciones flatum ventorum validum paucitatem pluviarum
et si infortunijs sociantur ei difficultatem facit naviga-
tibus in mari egritudines siccas ut febres tussis va-
riaciones regum et morum secundum naturam stellarum signorum
et planetarum quibus coniungitur. Luna si sola fuerit guber- ☽
natrix in locis antedictis scilicet in eclipsi fuerit [illegible] macri- Si in ♈
tate et eius signo tendit super speciem humanam fit terror
inter reges et vulgum et angustia magna inter eos
impedimentum corporum mors et destructio in bestijs quibus
utuntur homines In aere non fit multas pluvias In
venditori secunda utriusque. Tercia vero est utilis emptori Et quarta non quod res are-
tose et scripture concordat cum Saturno. dulces cum Iove. Carnes cum Marte
Fruges cum Venere Res mixtorum saporum et amare cum Mercurio. Annona
vero et res aquose concordat cum luna Et ad hec relata applica colores spe-
cies mineras et ceteras res pertinentes ipsis planetis ut supra patuit in parte 1a distinccione 10a
Cum aut harum rerum significator fuerit in angulo forcius erit res care que
significatur per ipsum et in locis debilibus et debiles sunt vilium Et cum fuerint plane-
tam concordante cum rebus fuerit earum caristiam et augmentum secundum hoc
Et hec est via certior. Fuerit cum hoc partem fortune revolucionis et men-
sium et ubi cadet hec enim sit aurum et argentum quantitatem et levitatem
fori Et hec inter omnes alias partes est dignissima Vn Ptolomeus eam approbat
in quadripartito nec multum curat de partibus aliis Tempus aut in quo
predicta contingent sciatur ex loco eius ut si fuerit inter ascendens et quartum erit in prima
parte revolucionis vel mensis Si inter quartum et septimum erit in secunda Et sic de aliis

De pluuiis et humiditatibus aeris qualiter sit pronosticandum per constellationes magnas et reuolutiones annorum et quartarum

Habeas in primis diligentem consideracionem in orbe magno ad signum et pla-
neta eius sive profectiones eius ac divisores. ad signum quoque magne
coniunccionis et ascendens eius ubi cadunt eorum profectiones et in reli-
quibus eodem modo Si aliquod horum fuerit signum humidum vel si planeta do-
minium obtinens in predictis fuerit pluuiosus Vn secundum Hermannum signa
pluuiosa sunt utraque domus Saturni scilicet Capricornus et Aquarius et eorum
opposita vel Cancer Leo. Pisces quoque propter pisces et flumina Sagittarius propter maria
que in eis existunt et Scorpio. ~~Figure pluuiose sunt figure avium vel~~
~~cignus. gallina. corvus Et planete pluuiosi sunt Venus Mercurius Luna~~
~~et quoque Saturnus iuxta Dorotheum~~. Post hec quere figuras pluuie et
humiditatis in capitulo supposito de naturis planetarum signorum quoque donec dis-
cursum feceris per tabulas planetarum retrogradorum et elevacionum et totum
collige cum racionibus suis ~~Exinde ad annum revolucionum et quartarum mensium~~
~~atque dierum iuxta doctrina Ptolomei in quadripartito procedas in hunc modum~~
~~Consideres in primis coniunccionem vel opposicionem precedentem introitum solis in quatuor~~
~~signa cardinalia et constituas figuras et angulos in qualibet regione cuius dispositio~~
~~in hoc re scire volueris et respicias ad gubernatores locorum coniunccionis~~
~~vel opposicionum sicut in eclipsibus dictum fuit deinde respicias ad quale predicte~~
~~illius quarte sit circulus signatum cum ipsa quarta concordat vel non Et si sic au-~~
~~gmentabitur si non diminuetur Quia duo pluuie testimonia in estate minus va-~~
~~lent quam unum in hieme Sol enim secundum naturam suas quartas anni variat Nam~~
~~in quarta vernali alterat aerem secundum calidum et humidum In estivali mutat~~
~~humidum in siccum calido remanente In autumnali calidum mutat in frigidum~~
~~remanente sicco Sed in quarta hiemali siccum mutat in humidum frigido remanente~~

1 venditor
7 emptor
10 valor
4 res venalis

Saturnus arctose
Iupiter dulces
Mars carnes
Venus fruges
Mercurius res varii saporis
Luna annona et res aquose

Tempus.

Signa pluuiosa
... imaginis
pluuiosi sunt
Venus Mercurius Luna et quoque
Saturnus

Processus.

Quia Sol vari...
ad ...

Unde si esset actio solis in his ordinibus absque admixtione aliorum planetarum
esset eadem aeris qualitas in his temporibus neque tunc esset estas una calidior
alia nec hiems altera frigidior. Nunc vero propter diversitatem motus aliorum et elon-
gationem eorum a terra et appropinquationem mutatur ipsa in predictis ordinibus et
actio solis coadunatur vel diminuitur secundum coniunctionem et aspectum planetarum
ad ipsum. Nam cum Saturnus fuerit cum Sole in hieme sine Martis aspectu
frigus auget presertim in signo frigido in calido vero minus sed in estate cum sole
existens calorem minuit. Iupiter si fuerit Iupiter cum sole sine alterius admixtione
temperat aerem educens ventos boreales semina et animalia confortatque. Eodem
Mars in hieme cum Sole absque Saturni vel alterius aspectu temperabit
frigus hiemis in communi sed in calidis regionibus destructionem facit maxime
si fuerit in signo calido in frigido vero minus. Venus cum Sole auget
humiditatem in hieme et vere, sed in autumno et estate siccitatem diminuit [illegible]
et Mercurius cum Sole coniunctus tempus variat et corrumpit ventos et siccitatem.
Et Sol in terminis Martis existens in fine estate calorem auget in hieme et vere
siccitatem facit. Et si leves comburuntur in quarta vernali nebulas producunt in
estivali calliditatem et tonitrua faciunt in autumnali frigus et humiditatem addunt
In hiemali vero siccitatem summam in omni climate procurant. Preterea cum
Sol fuerit inter capricornum et arietem et Venus fuerit retrogradus siccitas
erit. Si 2 humiditas regnans. Si 3 humiditas abundans. Si 4 vel 5
diluvium destruens sed si omnes retrogradi fuerint in quarta autumnali et [illegible]-
gatur in hieme erit siccitas summa in omni regione. Et cum fuerit Sol
in ariete vel tauro fuerit quod Venus retrograda erit tempus illud valde pluvio-
sum sed cum intrat libram fuerit quod Venus cum eo infra unum signum
pluvie abundabunt. Observare igitur ut dixi coniunctiones et preventiones
precedentes introitum Solis in quatuor signa cardinalia et constitutas angulos
circuli necnon ipsarum revolutionum et secundum vires stellarum dominationem
in his locis cognoscitur qualitas temporis. Nam si Luna Mercurius Venus et Saturnus
dominium habuerit in hoc pluet multum in tempore illo presertim si fuerit
dominator ille in signis vel locis pluviosis. Saturnus in quantum facit nubes
et frigus Iupiter temperiem et Mars calorem cum dominium habuerit
in predictis et si in revolutione quarta Luna Venerem vel Mercurium aspexe-
rit fuerit quod orientales ambo pluvie fient multe. Si occidentales econtrario. Et
si Venus aspexerit lunam ex humido pluvie fiet multe abundabunt. Et si
~~Mars aspexerit locum coniunctionis vel preventionis predictis multotiens erit ful-~~
~~gura et tonitrua. Et si in eadem coniunctione vel preventione Luna prius aspe-~~
~~xerit Saturnum fuerit quod ambo in signis humidis et si incipiat aspe-~~
~~ctus longus erit pluvia perdurans et maligna et si planete inferiores in~~
~~Sole fuerint erit pluvia perdurans et maior. Mars causa pluvie que fiunt~~
~~in die a Venere in luna et in nocte econtra et prius ab ascendente si in anni~~
~~revolutione vel quarta cadent in locis humidis erit pluvie nocive et~~
~~econtra. Et quotiens luna ad locum illum pervenerit, tonitruus pluet si tempus [illegible]~~
~~In anni nubes erit sine pluvia. In quarta quod revolutione fuerint radii~~
~~Saturni in signis terreis et luna tunc infortunata fuerit submersiones erit et [illegible]~~
~~motus in aquis humiditates. In aereis nives et grandines frigus tenebrositas~~
~~et venti. In anni revolutione si luna Venus et Mercurius fuerint in pluvi-~~
~~osis erit pluvie multe et nubes in illo anno sed in ariete vel tauro [illegible]~~
~~et pluvias fortes et durabiles in anni exordio facit applicatio [illegible]~~
~~[illegible] Iovis Lune ad Saturnum et Veneris ad Martem~~

De pluviis et humiditate aeris qualiter pronosticandum sit per introitum solis in 20 gradu Scorpionis et per coniunctiones et oppositiones mediantes et quadraturas

Saturnus cum ☉
Iupiter cum ☉
Mars cum ☉
♀
☿
Termini.
combustio leviu[m]
Retrogradi
♀ ℞
☽ ☿ ♀ ♄
♄
♃ ♂
aspectus ☽ ♀
Mercurius fe[...] [...] parte plu[...]
☽ ad parte pluviae
[...]

♂ in angulo in aereo mixt ☿
♂ in 4. in terreo.
in aereo.
in aqueo.
♄ in Mc in aereo
♄ in 4 in terreo.
in aqueo
in igneis
☌ quando respicit ... et ☍ quando.
vincens locus ☌☌ disponit aerē.
Ptolemaei ratio.
3ᵒ dies ante ☌
☌ dies ☌ ... lunae.
maris augmentum.
in quadraturis in ... minima maris cresc... Maris ... luminum.

a
Prudens vero et Aomar aptare docuere ad introitum Sol in ro
gradum Capricorni ascensus et angulos et de pluviis anni indicare per
illos et dixerunt Si Mars in aqueo fuerit angulorum signat medii celi et
signo aereo commixtionem aqua habens cum Mercurio · pluvias durabiles facit
tonitrua et coruscationes · locustas et damnum in aere Sed Mars in angulo
terre proprie in signo terreo fortune absentes ab eo et si commixtionem habuerit
cum Mercurio terre motum et res expansiletes in aere apparentes et ...
Mars vero in signo aereo combustionem in aere et in messibus designat
in aqueo diminucionem facit in aquis et animalibus aquaticis · sed fortune in
eo prohibet illud Si loco Martis fuerit Saturnus in medio celi et signo aereo
commixtionem habens cum Mercurio et fortitudinis remotis ab eo damnum in
aere pluvias multas et durabiles significat Sed Saturnus in angulo terre pro-
prie in signo terreo fortunis absentibus et commixtionem habens cum Mercurio
terre motum facit et inundaciones In aqueis vero diminucionem facit in puteis
aquarum In igneis damnificat terras et mineras earum et si Mercurius non
commiscetur cum eis levius erit Hoc ideo applicabile puto revolutionibus
quartarum coniunctionibus et oppositionibus mensium Respicias igitur ad coniunctiones
et oppositiones singulorum mensium Ita tu si revolucio quarte fuerit coniunctionalis
respicias ad coniunctiones mensium donec ad aliam quartam perveneris Si autem
preventionalis fuerit aspicias ad oppositiones consimiliter modo · nam ubi gubernator
coniunctionis vel oppositionis precedentis quarte ... remanet usque ad
quartam sequentem respicias etiam ad utrosque gubernatores significat ta com-
tiones qui oppositionis precedentis quam etiam sequentis et qui plus concors fuerit
cum qualitate quarte ille ipse gubernat et vide quod locus coniunctionis et locus
utriusque luminarium et locus oppositionis et locus luminare secundum tras exitus mx
Ptolomeum et vincens secundum locum coniunctionis vel oppositionis disponet aere donec
luna subierit angulum secundum et dominus ascendentis illius hore disponet
aerem donec luna subierit angulum tercium et dominus ascendentis illius dispo-
net usque ad quartum In quadratura vero luminarium mx Ptolomeum si constitue-
rimus angulos et inspexerimus planetas et stellas fixas adiungendo planeta-
rum ubilibet et accipiendo comparationem opus planete vincentis cum opere
gubernatoris primi et in qualitate aeris et ventorum in illo tempore sciemus
quantum res augetur vel minuitur Et dixit Ptolomeus preterea quod principium mu-
tationis quod signatur per 3 dies ante quam luna sit cum sole et forte per 3 dies
post Ratio huius est secundum Haly quia corpus Sol habet 12 gradus ante et 12
post et corpus lune 12 ante et totidem post Unde in 3ᵒ die ante coniunctionem
virtus lune volvitur in virtute sol et ita remanet mixta usque ad tercium
diem post vel quia in sex diebus luna cum quolibet gradu et in quolibet planeta
habet aspectum Ideo contingit ut applicet vel aspiciat ad gradum domini
figuracionis in tribus diebus ante et in tribus diebus post et utroque istorum modorum
potest intelligi dictum Ptolomei secundum Haly Rursus mare fluxus augetur in luna
fuerit in augmento sui descensus In opposito vero diminuitur Et ideo dixit Ptolomeus et Al-
bumasar quod mare de quartis crescit et ad quartas decrescit quia dum oritur luna
congregatur aqua et elevatur usque finalem tamen Et ubicumque fuerit luna ...
linea extensa a centro terre usque ad corpus lune ostendit tamen molem illius
Et sic movetur luna ab oriente in occidentem terras timendo sic et timor ille
... confertur non idem modo · sed ... generatus et aliis corruptus Et in
luna movetur usque augetur ... crescit timor ille sic usque oppositum
augetur decrescit quia contingit quod in coniunctione et oppositione est ... mare
maxima que in quadraturis est minima Et cuna ... in mansionibus lune
suppositis · nam si coniunctio vel oppositio fuerit in mansione humida et in signo
pluvioso et in hac illa fortuna ... aspectu [illegible] fortuna pluvia ...
[illegible] significat ... de ... et cum ... [illegible] lune

et regulis particularibus que sequuntur. Cum signum ascendens coniunctionis vel oppositionis mensis cuiusque fuerit pluviosum et si luna pervenerit ad gradum signi illius ante oppositionem si fuerit ascendens coniunctionis vel ante coniunctionem si fuerit ascendens oppositionis. illa die descendet pluvia et durabit ad minus quamdiu fuerit luna in eodem signo. Sed dixit Abraham quod hoc verum est si signum ascendens fuerit aquosum angulorum anni et illius mensis. Sed quandoque erunt nubes sine pluvia. In figura coniunctionis luminarium fuerit Iupiter vel Venus cum eis aut ex trino vel sextili aspexerit pluviam negant. vel si luna post separationem tali aspectui applicuerit quartilibus vero aspectibus et oppositionibus eorum parum pluit aspectibus autem saturni et martis in hac ratione pluvia augetur sine dubio. In figura coniunctionis solis et lune fuerit luna in mansione humida et maxime in signo feminino vel astro si aspexerit ea planeta retrogradus designat pluviam.

Ascendens 6 8

24 ♀ cum 6

In mansione humida signo aquatico etc.

De pluviis et humiditatibus qualiter pronosticatur per apertiones portarum et claves lune necnon per constellationes quotidianas planetarum ad invicem.

[R]atio quotidiane dispositionis aeris sumitur interdum ex apertionibus portarum. clavibus lune et regulis communibus. Portarum apertionis decem numerantur et sunt inter eos quorum domus sunt contrarie ut saturni et solis saturni et lune Iovis et mercurii Veneris et Martis. Unde si iungatur Sol saturno vel luna saturno aut mercurius Iovi aut Venus Marti est apertio porte. Similiter si luna transfert lumen de sole ad saturnum et econverso de Iove ad mercurium vel econverso de marte ad venerem vel econverso est apertio porte. Unde in his decem portarum apertionibus fiunt aeris mutationes in imbribus. pluviis ventis nebulis vel nivibus vel grandinibus secundum naturas eorum inter quos fit coniunctio vel translatio. Et quando contingit coniunctionem vel aspectum duorum dictorum et si dominium ascribatur mercurio fiunt imbres Si Marti ventus et calor Si saturno grandines nubes frigus et imbres Si Iovi tepores calores a sinistro. Si soli cum nivibus et igne vicissim turbabitur aer et si planeta dispositionem recipiens fuerit retrogradus pluvia fiet. Claves lune sunt 12. Prima est locus coniunctionis luminarium secunda locus a coniunctione per 12 gradus remotus. Tertia per 45 Quarta per 90 Quinta per 45 Sexta per 12 gradus ante oppositionem Septima est locus oppositionis et alie quinque sunt per modum consimilem ab oppositione ad coniunctionem. Et dicunt alkindus. Luna in quolibet istarum existente si inferior quolibet superiori opposito applicuerit vel aspexerit et precipue si luna ab inferiori ad superiorem sibi oppositum mediatrix applicuerit ipse ipsius nature consentaneum fuerit accidere testatur. Unde si in administratione ascribatur Mercurio imbres et ventos ponunt Si Veneri imbres multiplicat Si saturno grandinem dimittet et nubes multiplicat Sol nivibus et igne densat aerem et luna imbrem multitudinem efficit. Dixit etiam ptolomeus quod virtus seu fortitudo particularium statuum vel qualitatum que accidunt omni die est a stellis fixis que sunt maiore luminis et fortitudinis cum apparuerit vespere vel mane ex parte orientis vel occidentis per se permutat vel addunt vel plurimum status particulares ad naturas suas Unde secundum [illegible] stelle fixe intrant sub radiis coniunguntur [illegible] sua in [illegible]. Et quando exierit de mane et respexerit vespere [illegible] et [illegible] sol sit victrix [illegible] ad virtutem stellarum que coniunguntur cum eo. Similiter est de luna et de planetis ceteris planetarum inter coniunctionis et applicationes quotidiane addunt vel minuunt in [illegible] saturnus cum Iupiter et mars [illegible] pluvias faciunt et torrentes. [illegible] Iupiter Sol et cauda draconis

Portarum apertiones 10.

Re rec.

Claves luna 12

[illegible] illarum

Ptolemaeus.

fixa stellae.

♄ ♃ ♂. pluvias

♄ ♃ ☉ ☋

Et Venus sit coniuncti torrentes faciunt destructiones maxime in hieme. Cum Sol Venus et Mercurius sit fuerit et luna prius vel aspiciens imbres faciunt conti-
nuos Marte aspiciente Venere et Lunam et si Mercurius comitatur illi vel illam
erit nubes cum guttis grossis. Ex coniunctione Solis et Saturni fit frigus. Sol et
Iovis fit temperantia maxime in aere. Sol et Martis in Scorpione fit serenita-
tes aere causans egritudines. Cum luna Mercurio applicat nubes erit rubicun-
de glauce pallide nigre. Cum Veneri applicat nubes erit candide mediocres
et venti lenes. Cum Soli fit ortus nubium et discursus. colore diversitas et
imbres vel frequenter. Cum Marti nubes rubicunde pallide viridis et imbres.
Cum Iovi nubes sunt candide et nigre invicem supposite. Et in Saturno
applicuerit erit nigre fulgura venti asperitas et pluvie continue. Cum luna
fuerit cum Venere in piscibus vel libra erit imbrium affluentia sed in ariete
vel scorpione tonitrua fulgura et lampades. Luna applicata Mercurio
adusto pluvias facit. Luna Marti si de Scorpione applicuerit statim pluet
Et si fuerit Mars tunc in opposito scilicet in thauro pluvie abundabunt. Luna
coniuncta planete retrogrado ante lunae signum est pluvie si tunc fuerit
in una suarum clavium. Luna in signo feminino si tunc aspexerit planetas
retrogradum etiam in signo feminino existentem statim pluet. Cum luna fuerit
cum Venere vel Mercurio in signo humido pluvie abundabunt. Luna in leone
et in opposito Sol eodem die pluet. Luna in opposito Sol Venere et Mer-
curij sit multas facit pluvias nubes et tenebras. Venus et Mercurius
coniuncti in uno signo et loco humido si tunc aspexerit eos luna ex trino
pluvia faciunt fortem et durabilem donec unus eorum signum exeat illud.
Sol cum fuerit in signo humido et si Venus et luna tunc applicuerit Mer-
curio statim pluet. Mars in opposito Sol fulgura movet contraria. Venus intrans
cancrum pluvias facit. Luna intrans cancrum vel pisces aerem mutat et perturbat.
Mercurius applicans Marti pluvias facit impetuosas ventum et fulgura. Venus
applicans Iovi pluviam fundit utile. Luna intrans Cancrum domum Solis. Virginem
domum Veneris Thaurum domum Martis Libram domum Iovis. Geminos domum Mercurij. Sa-
gittarium domum ipsa disponit aerem secundum naturam domini hore et signi in quo fuit
dominus hore signum eiusdem. In illa die descendet pluvia et eadem hora vel per-
venerit luna ad cardinem coniunctionis vel preventionis in signo aqueo applicans
Veneri vel Mercurio et durabit quidem durantem applicatio in locis pluviosis.
Luna cum duabus stellis librae que sunt in manibus Scorpionis hoc est in via
combusta pluvia facit. Indi autem presciunt diem pluvie per distancias coniunctionis
vel oppositionis et de quadratura ad gradum planete pluvialis. Et si fuerit luna
in signo mobili dant unicuique gradui horas una in fixo die. In communi et in prima
medietate dant diem in secunda horas et tunc pluet. Et si Mars tunc aspexerit
Saturnum tunc differtur pluvia donec luna Saturnum aspexerit ex quarto vel opposito
vel si dant unum Iovi existenti in humido et si aliter inferiore Iove aspexerit
erit nebule sine pluvia. Sed Iove et luna sibi se iungentibus et veniente inferiore
Iove aspexerit si tunc incipit Saturnum aspexerit pluet. Vel aliter numerant gradus
inter locum coniunctionis vel oppositionis et locum corporis aspectus Saturni et dant unicuique
gradui diem unum et cum unus ille completur descendet pluvia. Testimonium
magis clarum si fuerit luna secundum una clavium suarum in illa die. Alkindus
autem accipit distantias inter solem et Saturnum omni die sole oriente et cadente
distantiam a loco lune proicit et si post illa ceciderit in loco humido humiditas
fit et econverso. Nam in domo Veneris vel lune pluvias facit. In domo Solis vel Mar-
tis siccitate. In domo Iovis vel Mercurij ventos. In domo Saturni nebulas et fri-
gus eodem die pronunciat. Unde si Mercurius hanc partem respexerit vel fuerit
cum ea tunc dies illa erit venti secundum Abraham et melius erit magis
fixum si Luna fuerit cum ea vel coniunctionem a qua habuerit virtutem certus
erit plus. Mansio etiam in qua ceciderit post illa notanda est si fuerit humida
vel non. Et nota quod pluvie prevenientes ex figuracione Saturni sunt in diluvio
et magis durant quam sunt per Martem erit in capitibus ex aliis mediocres

☉ ♀ ☿ ☽
☉ ♄ f
☉ ♃ tem.
Aplicatio ☽
Iris [illegible]
☽ ♀ ♓ ♎
cum [illegible].
☿ ♀
applicatio planetarum
horas planetarum cum dominis signorum.
Locus [illegible] in [illegible]
Stelle in manibus ♏
Indorum ratio.
Alkindi

Et inna te cum signis pronosticis que in fine huius disponetur Quia aut in una terra pluit et non in alia potest ex eo per punctis orisontis et angulis coniunctionis vel oppositionis non sunt eis de vel quia signum unius terre in ipsa hora planetam habet pluviosum et signum alterius terre non habet illum.

De ventorum differentiis et motoribus eorum atque triplicitatum ordinationibus secundum opiniones diversas.

Ventorum due principales sunt quatuor scilicet orientalis meridionalis occidentalis et septentrionalis quorum quilibet duos habet collaterales nam cor orientis est subsolanus habens a sinistris vulturnum et a dextris eurum Cor meridiei est auster habens a sinistris nothum vel euroaustrum et a dextris austroaffricum Cor occidentis est zephirus vel favonius secundum alios habens a sinistris affricum et a dextris chorum vel favonium secundum alios Et cor aquilonis est aquilo habens a sinistris circium et a dextris boreas hos 12 ventos quatuor principales et octo collaterales levat sol et alii planete secundum situm et aspectum in stationibus attributis quatuor partibus terre nostre habitabilis Ptolomeus namque vna seque[n]s rationalem et experientiam in terra sua ubi studuit et mansit gubernatorem trigoni arietis loco solis gubernantis partem orientalem posuit Martem qui est dominus exaltationis solis et ideo secundum ipsum Iupiter qui pertinet ad aquilonem cum Marte qui est orientalis gubernat huic trigono qui est inter aquilonem et occidentem et movet ventos ex his sed cardinibus compositos Triplicitati vero tauri qui secundum ipsum est inter meridiem et orientem dedit Saturnum qui est orientalis loco lune que est orientalis Et Saturni participe fecit cum Venere in gubernatione trigoni huius Triplicitati autem geminorum est est inter orientem et aquilonem dedit Saturnum qui est occidentalis et loco mercurii qui est meridionalis posuit Iovem qui est aquilonalis Sed gubernatorem trigoni cancri qui est inter occidentem et meridiem posuit Martem qui est orientalis et participem fecit ei Venerem que est meridionalis. Sed omnes alii discordant a Ptolomeo secundum nos et experientias in terris suis Nos etiam experientias capimus et nos ab aliis diversis in regionibus aquilonaribus existentes ut in Dacia in Anglia Unde secundum diversitatem climatum et situm eorum in diversis orisontibus mutantur nature et qualitates ventorum et per consequens eorum motores ut ait Azeles in hoc problemate et hermes Tremegistus. Venti quia ultra equinoctialem existentes versus polum antarticum sunt forsitan similis qualitatis cum istis qui sunt apud nos Unde auster in regione sua est frigidus et siccus quemadmodum boreas hic et flatus in polo antarticum qualitatis non potest ad nos nec aquilo ad ipsos Sed auster in qualitate ex ista parte tropici Cancri. Supposito igitur dicto Ptolomei in 2° quadripartiti quia sol gubernat totam medietatem orientalem orizontis et in oriente orizontis dominatur siccitas et venti orientales sunt calidi et sicci et luna gubernat totam medietatem occidentalem et in occidente orizontis magis dominatur humiditas. tota medietas occidentalis orizontis est humida et ventosa In aquilone autem dominatur frigiditas et in austro caliditas Ex his sequitur quod venti inter orientem et meridiem sunt calidi et sicci. Inter meridiem et occidentem sunt calidi et humidi Inter occidentem et aquilonem frigidi et humidi Inter aquilonem et orientem frigidi et sicci Huic sane concordat Messahalla in libro de revolutionibus. His premissis dico quod Sol dominator orientis ventos levat orientales Cui Mars propter naturam assonantem ei est ambo movent ventos orientales. Luna vero dominatur in occidente cui Venus sociatur in complexione levat ventos occidentales et in meridie dominatur ... Et venti perfecti illius sunt ipsa calidi et humidi Ideo Iupiter levat eos. In ... autem dominatur frigus et eius venti sunt ... frigidi ... Saturnus movet eos Ex his patet quod venti inter aquilonem et oriente qui sunt frigidi et sicci moventur a Saturno et Marte et Sole et statu terra que est frigida et sicca quod satis experimentatum est in Dacia et Alemania bassa. Venti inter oriente et meridiem moventur a Sole Marte et Iove et statu ignea que est calida et sicca ... inter ... frigidi sunt de natura ipsius venti quia inter meridiem et occidentem calidi et humidi moventur a Iove et Venere et statu aerea que est nostra pluviosa

Subsolanus cor orientis
Eurus
Auster . nothus . euroauster
austroafricus
Zephirus . chorus . africus
Aquilo . boreas



Sol orientis
Venus occidentis
Iupiter meridies
Saturnus septentrio
inter septentrionem et orientem



ventosi ♄ ☉ ♀ ☿
♄ ♂
♋ ♎ ♈ 15 gradu ♉
Π septe.
canis orion

Et venti qui sunt inter occidentem et aquilonem frigidi et humidi movent a Venere et Saturno et statu aquea que est frigida et humida sed aquam desiccat propter illa non sic tamen. Cum igitur secundum hanc viam pronosticare volueris de ventis considera dominum planetarum ventosorum si dominantur in locis ventosis signis elevationem maiorem inter ventorum planete ventosi sunt Mars Sol et Venus atque Mercurius Mars enim auget ventos Saturnus prohibet ventos proprie retrogradus sed Mercurius avere ventis perturbat Signa ventosa sunt ♋ ♎ ♈ prima pars arietis prima pars Thauri maxime circa phades pars ultima geminorum extremitas virginis pars ultima eius et libre sunt ventose partes que precedentes scorpionis magnum ventum faciunt et proprie partes eius ultimales sunt ventose et constellatio canis et orionis in ortu et occasu suo movet ventos Omnes que stelle fixe de natura Martis Solis et Mercurii sunt ventose. Hec omnia in 8 spera sunt accipienda. Cum autem scire volueris ex quibus partibus et plagis venti flabunt Considera dominium planetarum moventium ventos illos et aspectus eorum ad res planetas ventosos videlicet Marte Sole et Mercurio Et secundum hoc de flatu ventorum ex oriente vel occidente et de aliis plagis iudicare poteris Verbi gratia Si inveneris Saturnum per eodem tempore in ultimum forte in loco suo aut in dignitatibus suis orientaliter aspicientem eos et hoc in tempore convenienti flabunt venti septentrionales frigidi Et si fuerit Saturnus in loco ventoso erit fortius Sic pronosticabis de ventis meridionalibus per Iovem orientalibus per Solem et occidentalibus per lunam De ventis vero intermediis pronosticabis eodem modo Verbi gratia Si inveneris Iovem et Venerem fortes in locis vel dignitatibus suis aspicientes orientaliter predictos 3 planetas vel aliquem illorum qui plus dominatur Et si cum hoc Iupiter et Venus sint in signis ventosis et tempus conveniens fuerit flabunt venti calidi et humidi inter meridiem et occidentem. Per hunc modum iudica de reliquis Et etiam de singulis aspice conditiones omnes et qualitates ventorum quantum temporis et planetarum. Ita Sol cum fuerit ab ariete ad cancrum venti communiter fiunt orientales ad libram aquilonales ad capricornum occidentales Et iterum ad arietem meridionales Configuratio omnium Mercurii cum luna ventos movet Cum Saturno non retrogrado ventos levat sed nubibus nigris Cum Iove salubres Cum Marte calidos et cum Sole robustos Et Sole existente in capricorno et Luna cum eo vel si aspexerit eum ex scorpione Tauro vel virgine flabunt venti frigidissimi Sic cum fuerit Sol in aquario et Saturnus in opposito et luna alterum eorum aspexerit Et dixit Ptolomeus Quotiens luminare aliquod per angulum transierit ex angulo figurationis movebunt venti de una parte ad aliam secundum partem ad quam latitudo lune declinat Et alibi ad quos ventorum flatus latitudo lune declinat ab ea parte venti venient cum a zodiaco declinaverit

Unde flabunt

particulare

De motu ventorum qualiter pronosticandum sit in constellationibus magnis annorum revolutionibus mensibus et diebus

Motus ventorum principaliter sumuntur ex figuratione magnarum constellationum Quando Saturnus si dominatur in orbe magno vel fuerit dominus et in coniunctione magna vel eclipsi et fuerit eius figuratio in aereo et loco ventoso erunt ventorum flatus terribiles et accidet in mari et fluminibus naufragium similiter sic intelligere de planetis reliquis cum dominium obtinuerit in partibus secundum naturas suas et signorum prout superius patuit et discurre per totas planetas retrogradorum et elevationum vel in capitulo superioribus sepius ostensis Et post hoc ad revolutiones annorum mundi descendas vernales ad estivales et ad coniunctiones et oppositiones mensium singulorum Cum que Saturnus prefuerit anno sive Marte aspectu vel alterius Et si fuerit in aspectu solis quartili et in fine signorum augebit frigus hiemis et multiplicabit flatus ventorum septentrionalium et motum grandines et nives Et proprie si fuerit eius radius in signis aereis

Erunt tunc venti plures et si fuerit Saturnus in hora revolucionis in signis
primarum coniunctionum ad aut preterit radios suos ad ea ex quarto vel opposito
Et fuerit cum hoc ipse impeditus et in signis aereis sunt nives et grandines
frigus et corrupcionem aere cum flatu ventorum validorum et nocivorum in
eradicacione arborum. Jupiter cum anno prefuerit et soli si miscetur aliunde non impe-
ditus erit multi venti utriusque salubres propter in tauro. de sua tamen sua non
movet ventos magnos. Mars cum fuerit dominus anni et in aqua constellacionum
sol sive alterius impedientis propter Saturnum erit hiemis calida et brevis et
multi venti in ea meridionales. Cetera vero patet in tabulis suis de ipso Sol in
prefuerit anno non movet ventos secundum Ptolomeum. Venus cum prefuerit anno illi ventos
movet quos supius in tabulis suis. Sic dico de Mercurio. Tamen dixit Zaffar in
revolucione anni applicacio Mercurii cum stellis superioribus sunt cum Saturno facit
ventos. Cum Jove ventum multiplicare fore pluvia. Cum Marte ventum validum
cum corrupcione et quoque plurima tempestata et fulgura. Venus et Mars coniuncti
in anni exordio ventos dampnabiles faciunt in fructibus et arboribus. Aspectus
quoque portarum aspiciende sunt in anni revolucione et quartarum. Si Mercurius
vel alius ventosus aspexerit dominum aspectionis vel fuerit cum eo. Tamen quartis vero
contrarias prebetes applicare potere. Et dixit Amor et Albumasar In hora
coniunctionis vel opposicionis ante introitum cuiuslibet quarte aspice Mercurium quoniam
si in medio celi fuerit et in signo aereo et fortuna aqual in angulo ipsius
a quo sit diversitatem aeris et ventos dampnabiles. Ptolomeus in quadriperito planete
qui dominantur in coniunctione vel opposicione ante introitum quarte cuiuslibet vel in an-
gulo coniunctione et si omnes vel eorum maior pars fuerit in locis ventosis faciunt
ventos et si loca predicta fuerit ventosa et loco magnas coniunctionum
vel eclipsis vel quarumcumque coniunctionum in locis stellarum fixarum ventosarum
ventos et tempestates faciunt Aut si fuerit [illegible] asinina vel loca quartarum
Asseverancia vel loca principalia Dixit iterum Ptolomeus Comment. et aspiciamus
in coniunctione vel opposicione ante introitum quarte ad oppositionem stellarum fixarum prin-
cipalium luminaribus et ad tempestates planetarum ad quos ventos ipse stelle fixe
movent per signa in quibus sunt. Et dicit ad quos ventorum flatus latitudo lune
declinat tamen ab ecliptica remonere ab eo ipse venti venient et mutacio ventorum
non est nisi apud cursus duorum luminarium ad quatuor cardines et est mutacio
suarum disposicionum ad ventum ad quem declinat luna in latitudine Et dicit ibidem
Haly quod dum aliquod luminare fuerit per aliquem angulorum cum fuerit in applica-
cione sua prima sit addicionem vel diminucionem accipitis et venti movent ab una
parte ad aliam hora quod fuerit aliquod luminarium duorum ad aliquem angulorum
ex angulis [illegible] secundum partem ad quam declinat latitudo lune. Venti
quoque particulares quotidiani sunt etiam secundum ingressum planetarum et lune ut almanach
cat et coniunctionem eius cum stellis fixis ventosis. Quod etiam intelligendum est de plu-
via Luna in parte meridiei ab ecliptica planetis applicata diversitas signum
est humiditatis movetur cum tunc aere ad humidam frigiditatem propter si luna fuerit de-
crescens in lumine. Sed cum fuerit luna in medietate aquilone applicata [illegible] et
addens in lumine erit calor in estate et ventorum diversitas Et si fuerit diminuta
lumine minuetur vel aut Albumasar et accipe distancias inter solem et Saturnum sole
oriente et pone a loco lune vel sicut patuit in capitulo de pluvia et innuatur [illegible]
mansionibus lune et ceteras eius et in pronosticis que sequuntur

De calore et frigore nive et grandine serenitate et fulgure qualiter pronosticatur per constellaciones magnas atque minores

Ut pronosticus ceterarum impressionum sicut nivis grandinis frigoris
calore serenitate tonitrui et fulgure oportet constellacionibus magnis in-
et ex ipsis ad particulares constellaciones procedere. Nam si in orbe mago

♃
♂
☉
♀
☿ Zaphar
♂ ☌ ♀
aspectus portarum
Amor
Ptolomeus
latitudo lune
quotidiani
Saturni

vel coniunctionem magnam aut eclipsi dominator fuerit vel dominium habuerit Saturnus
et fuerit eius statio in aereo erit nives et glacies frigida et multe siccitates.
Si Iupiter dominium habuerit erit tepides aere et dispositio eius salubre Mars
si dominium habuerit in locis aridis erit calores magnos et pestilenciis to-
nitrua et fulgura et eo fortius si Mars in dignitatibus suis extiterit vel
fuerit in loco forti Sol dominator existens temperabit aerem naturam signorum per que
vadit et secundum naturam planetarum cum coniungitur ei Mercurius dominium obtinens
in predictis si coniungitur Marti aut ipsum aspexerit amicabili aspectu vel fuerit
in aliqua eius dignitate vel ipsa dignitate vel forte calore aere operatur et mars
procede igitur per modum in superioribus expositum per stationes planetarum et si-
gnorum in quibus cadit profectio vel statio et retardat planetarum retrogradorum
et elevacionum collige quod conveniens rei convenit et exinde per revolutiones
et menses atque dies sic iudica. Saturnus in anno vel revolutione preferit
sine Martis aspectu vel alterius impedientis erit superfluitate frigore in hieme
et proprie si fuerit in tempore hiemis in aliquo signorum sine Marte vel alterius impedimento
hiemis prolongabitur et veri erit frigidius minus vel patuit Et si in revolucione fuerit
Saturnus in ariete vel eius statione retrogradus ex angulo se respiciens astris
et recipiens dispositionem lune et Martis signum est magnum frigore bestias perimere
In geminis et eius statione si fuerit et dominus anni magnum designat frigus hie-
mis Et si non aspexerit astris et fuerit directus rare facit in regionibus signi
in quo fuerit Sed in Cancro et eius statione si fuerit in angulo et directus et
Mars cadens ab eo et fuerit cum hoc dominus anni erit magnum frigus Et si non
fuerit in angulo sed aspexerit astris et in con directus erit frigidius Et si fue-
rit ille retrogradus et aspexerit se cum Marte cadentibus fortius ab eo au-
gmentabitur frigus Et cum fuerit dominus anni vel ieccerit radios suos in signa
terrea vel fuerit ipse in eis et luna fuerit infortunata ab eo facit nives
grandines et frigus vehementes Et cum preferit revolutioni et fuerit impeditus
facit magnum frigus In scorpione existens et lune iunctus et Marti si cum
hoc dominus anni fuerit facit frigus maximum Et in pluribus parte maxime si fuerit
in locis frigidis frigus augent hiemis et aere temperant tempore calore Et si fuerit
Saturnus in ♉ et evenerit tunc eclipsis lune erit nives et pluvias superfluas
Et tempore hiemis habuerit recessionis vel alius stationes aquas pluviales convertet
in nives Et modo consimili iudica per planetas alios precipue superius consideratis in pre-
dictibus et utrumque cum meansionibus lune per coniunctiones et oppositiones earum
et proprietates signorum Et aspice planetas qui dominatur in loco coniunctionum
vel oppositionum vel in quadratura si omnes vel plures eorum fuerint calidi et
in locis calidis vel loca principalia fuerint ex signis calidis et cum hoc maxime
fuerint stelle fixe calidis signum erit magni caloris Ide intelligo de frigido
sicco et humido

De terre motu atque diluviis qualiter pronosticatur per orbes magnos et constellationes maiores per revolutiones mundi et etates

Motus celorum impetuosus ac continuus et radiorum
corporum celestium refractio terra exicat et ignit magis
circa medium ubi motus firmamenti velocissimus est quam circa ex-
trema ubi torpet Unde longo tempore precessu multiplicatur spiritus calidi et
sicci in visceribus terre et concultati volentes exalare ipsam superficiem
elevant et rumpunt si fortes fuerint vel terram agitant si debiles et in-
terdum exeunt aque et flumina maxima de abisso ascendencia et dilu-
vium efficiunt particulare Si vero cum hac ebullicione concurrens fuerit
vapor multus dum ex spiritus per aera suspensus et tandem in formam pluvie
condensatus descendens diluvium causat magis vero hiemis effectus causam vna
est a qua ponit a... quia apparet Albertus. coniunctio vero omnium pla-
netarum in signo primum vel in principio anni si plures fuerint coniuncti in signo
aquatico. Albumasar dicit quod 3 sunt planete terre motum efficientes

Saturnus in aereo
♃
Saturnus in dignitatibus
Saturnus in ♈
♊
♋
in ♏
Saturnus in ♉
vnde terre motus
6 planetarum

virtutem Saturnus Mars et Mercurius. Si quis illorum fuerit divisor orbis magni dominus coniunctionis magne vel eclipsis vel figurationem habuerit in constellatione magnis et fuerit cum hoc dominus anni fit terre motus et dixit Ptolomeus Saturnus dominium obtinens in particularibus et si fuerit eius figuratio in aqueis faciet in mari et fluminibus fluxum et redundantiam magnam et erit submersiones multe sed Mercurius sic existens submerget per terre motum. Luna vero facit abundantiam pluviarum inundationem maris et diluvia particularia vero et per figurationem facit secundum humidum aquarum et fluxum maris et si fuerit ipsa coniuncta stelle fixe vel planetis humidis et in signo et fuerit cum hoc eius latitudo septentrionalis diluvium facit particulare Venus autem non facit diluvia sed pluviam. Et dixit Albumasar cum fuerit gradus ascendens vel locus coniunctionis annius magne in aquario vel pisce vel fuerit ibi gradus perfectionis orbis magni aut pervenerit illuc directio sive fuerit dispositum annus revolutionis erunt diluvia sive loca coniunctionum vel perfectionum circa stellas fixas causantes terre motum et diluvia idem significat quod diligenter nota Et luna tecum figurationibus planetarum omnibus cum recte et tabulis suppositis etiam ad constellationes particulares accedas Si in revolutione anni vel quartarum aquisitum planetarum sint Saturnus Mars vel Mercurius domini in signis vel partibus terre motus significantibus vel qui fuerit consimilis nature cum eis Et si regio illa fuerit ad terre motum disposita erit multi terre motus in anno illo vel quarta Terra autem arenosa non est disposita ad terre motum sed solida et saxea ut dicitur in libro de vegetabilibus Et ait Albumasar Terre motus et diluvia non fiunt nisi ex figuratione Saturni et maxime quando eius radii fuerint in signis terreis vel aqueis in revolutionibus annorum Et si fuerit cum hoc luna ab eo infortunata in signis terreis erit terre motus. in aqueis diluvium In aereis nives et grandines frigide et venti validi Et cum fuerit radii Saturni in signis primarum quartarum vel ascendentibus earum aut in quarto vel opposito earum si signum illud fuerit terreum erit terre motus et fames. Si aereum nives frigus et venti validi Si aqueum submersiones et diluvia secundum quantitatem fortitudinis eius cum coniunctionis est Et in hac revolutione si fuerit impeditus Saturnus terre motum facit et pestem. Albuali dixit In omni revolutione aspicias Saturnum quem si fuerit in signo terreo et non aspexerit eum fortuna vel luna si aspexerit eum ex quarto vel opposito fit terre motus in quolibet loco in cuius figuratione fuerit Saturnus aut in aliquo angulorum signum terre Et aspicias in omni revolutione ad aspectus portarum Saturnus in anni revolutione si fuerit in statione altera et in signo terre angulo terre si receperit dispositionem ascendentis multi perierunt ex terre motu et si non fuerit in angulo terre aspexerit tamen ascendens et fuerit directus fit multum flatum zephiri et erunt etiam multos terre motus Si Scorpio fuerit ascendens anni et Mars vide mixtus Saturno vel longe fuerit ab eo. Tunc in principatione ascendentis Et si fuerit in hora Venus robusta et Iupiter retrogradus tremores et terre motus fiunt mortales et infortunios multas In quacumque revolutione coniunctionis vel oppositionis dominetur Saturnus et luna et fuerint simul coniuncti fiunt diluvia Signa antecedentia terre motum sunt hec aer frigidus in diluculo fit coartatio venti in terra auditur in terra ex vento coartato Signum etiam terre motus cum in celo longe nubes sicut linea recta apparent dum sol occasum sed signa sequentia si tangunt tenebrae circa solem et stellas

Signa pronostica pluviarum et serenitatis

Scribit Ptolomeus in Centiloquio quod anima sapiens et naturata iudicat secundum secundas stellas et est eius testimonio plurimum iuvatur in scientia astra iudicandi. Unde est quod veteres pronosticas quasdam

Planete terre motus et officium

Albumasar dixit

Revolutio anni

arenosa

Radii infortunii in terreis

Albuali

tt [illegible]

Saturnus [illegible]

Antecedentia signa motus terre

1 venti. 2 paralelli. 3 Nubes. 4 nebula. 5 nigra nubes. 6 nubes nigre rubee. 7 Oriens. 8 Nubes ab oriente nigre. 9 Iris. 10 Nebula vesper. 11 Calor pungens. 12 pluvia si parva et gutte albe. 13 aqua stans. 14 Boves ovis. 15 Porci. 16 Boves sursum aspic. 17 Somnia. Asini. Formice. Rane. Talpe. Bufones. Lumbrici. Aves. noctua. upupa. pavo. Gallina. Anas. Columbe. pulices. musce. pecora. Aranee. vasa. folia. Candele. Campane. pixides. Fuligo. odor. Zona. Sal. Sal caro. Inundatio. Lactrinia. Fructus. egritudines. pisces. Infantia. animal.

sunt potius ex diversis ex diversis collectas admixi. Omnes venti sunt ma-
gis pluviosi cum sol fuerit in eadem plaga cum eis. Unde sive sol moveatur
ad plagam illam a qua flat ventus sive ventus moveatur ad plagam in qua est
sol, signum est pluvie. Paralelii circa solem si tendunt ad viriditatem vel nigredinem
significant pluviam. Paralelius autem secundum Aristotelem in 3° metheororum fit cum nubes que
est ex latere solis aquatica et spissa in partibus suis refragitur cum lumine solis in
illa nube velut in terso denso et apparebit lumen fulgidum admodum alterius
solis. Pluvia significatur per nubem illam que nigra oritur in illa parte oriente a qua
flat ventus ~~sive ventus moveatur ad plagam in qua est sol signum est pluvie~~
et quanto nigrior tanto citior erit pluvia. Si autem nubes fuerit in alia parte
a qua non flat ventus statim ad illam partem vertetur. Nebula in mari si terram
petat vento cum ei contrario pluvia significat. Nigra nubes in aere mora faciens circa sum-
mitates montium silvarum vel terram pluvias facit. Pruina sequitur pluvia. Si prim-
gelu anni pluvia dissolvatur tunc in maiori parte yemis gelu sequens pluvia dissol-
vetur. Nubes nigre et rubee commixte prope ab oriente pluviam validam
~~prope ab occidente~~ in crastinum portendit. Sole oriente si radii eius non
illustrati emicant circumquaque nullis circumdatis nubibus pluvias designant. Sol exoriens
si radios suos per nubem fusos longe porrexerit pluviam presagit. Nu-
bes ~~vehementer~~ nigre ab oriente exorte diem sequentem minantur aquosa-
lem. In sereno aerem significat hyemalem et si de mane apparuerit pluviam. Et
de vespere serenitatem notat duplatam pluvias. Si luna de vespere per nebulam
aquam emiserint pluvia facit. Calor acrius solito pungens pluviam
facit. Pluvia si parva fuerit et paulatim cessat continuationem eius designat.
Gutte eius albe idem premonent. Aqua stans in absentia solis ultra con-
suetum calida pluviam denunciat continuam. Pluvia in die solis ante nonam
quasi per totam ebdomadam continuare solet. Boves vel bidentes in pratis pluvie
si certatim comedunt in pascuis diuturnam pluviam presagiunt. Porci manipulos
laceratos pecora si saltant et ~~bibe~~ bidentes pluviam significant. Boves sur-
sum aspicientes aerem trahunt vel contra pilos se lingunt pluvias portendunt.
Somnia de piscibus mortuis vel novis idem significare dicuntur. Si asini fricant dorsa
ad terram versa magnarum pluviarum gutte significantur. Cum formice ova sua
foris portantes foramina claudunt. Rane plus solito clamant. Talpe ultra con-
suetum terra se cooperiunt. Buffones de cavernis de sero exeunt. Lumbrici
terrestres terram erumpunt. Aves in aquis dulcibus commorantes se lavant
vel ludunt pluvia designant. Si noctua sua sero garulat. Upupa vel
pavo plus solito clamat. Galline vel aves alie in arena balneant. Ane-
te domestice letantur se lavantes ultra consuetum vociferant. Et columbe
de sero tardius redeunt pluviam presagiunt. Cum pulices et musce acrius pu-
gnunt. Pecora de pascuis tardius ad domum redeunt. Aranee de cavernis
exeunt. Vasa plumbea sudescunt. Lapides que frigescunt. Folia arborum
sine vento ludunt. Pallescit ignis et candele ardentes scintillant pluviam
portendunt. Si campane audiuntur solito remotius. Cooperula pixidum strict-
iora fiunt. Fuligo cadit multa sine violentia. Odorifera latius solito diffundunt
redolentiam. Zone seriche vel campanarum corde si fuerint rigidiores. Sal
in vase positum evanescit vel si sudescunt tabule vel carnes salse signum
est future pluvie. Signum autem generale est anni vel temporis pluviosi inundatio
aquarum decurrentium et stagnorum ultra solitum. Et loca que solebant esse
arida tunc madescunt. Quare montes vel terre non bene culte sunt steriles
segetes nimis fructificant. Arbores et herbe magis crescunt. Lactrinia
plus abundant. Poma pira cerasa et huiusmodi fructus multi per arbo-
res terre fructificandi tempus perveniunt. Multiplicantur egritudines flegmatice. Pi-
sces rane buffones talpe pulices et musce. Nec aves tunc bene melli-
ficant. Panis cito putrescit. [illegible] et [illegible] tunc [illegible] et ferrum
maiorem rubiginem ad se trahit.

Serenitatis.

Pruina

Serenitatis vero signa sunt. Pruina parva in aurora presertim in autumno

et vere copia rore in mane vel vespere quocumque tempore anni serenitatem sequentis diei et calorem. Si tempus tonat in estate iuxta orisonte si fulminaverit sine tonitru nulla videm prepta nubecula nec alibi serenitate et calore in... dum presagit. Sole oriente si primus apparuerit et non fervens serenum diem ostendit. Sole oriente si nubes ab ortu depulse fuerint et usque ad occasum precedente serenitas erit. Sole occidente si nubes circa eum rubuerit sequente diem serenum determinant. ~~Unde aliud: Sero rubens celum cras indicat esse serenum. Si si mane rubet futuros indicat imbres.~~ Primum metrum verum est si pluvia presserit atque non. Circulus clarus si lunam circundat et paulatim egredi... breviat serenitatem significat. Post solis occasum super aquas paludes prata videtur vapor albus serenitatem et calorem designat. Idem facit circa solis ortum cantus columbarum silvestrium ludus cornicum, spaciatio milvorum in aere, copia vespertilionum de sero volitancium vel scarabei signum est serenitatis diei sequentis. Et si parvum circa solis occasum muscae parvae se congregant et quasi circum facientes in sursum deorsum que procedunt crastine diei serenitatem et calorem determinant. Nubes a montibus descendentes et in vallibus residentes serenitatem significant. Similiter si montium cacumina apparuerint pura.

Signa pronostica tempestatis venti et frigoris

Quod patet quispiam pronostricacos has et consimiles spem augere sepe vel diminuere. Nam nec philosophos omnes animalia bruta naturaliter cognoscunt mutatos aere que fiunt per pluvias et ventos. Expertum enim est dum aves marine ad litus fugiunt. Si montes et nemora petunt. Cornix sola incedens clamat aut super litus deambulat vel in aqua se lavat futurae tempestatis signum est indicium. Preterea si duplex orbis solem circumfulsit aera tempestas erit. Sole oriente si niger calore fuerit vel caeruleum lividum diem hiemalem determinat. Et si pallidus grandinem. Sole oriente si nubes circa eum rubedederint diem ventosum designat. Et si radii eius sparguntur partim ad austrum et partim ad aquilonem pluviam et ventos ostendunt. Si circa solis ortum nubes viride fuerit conglobate ventum hiemalem et asperum pronunciat. Sol oriens si citrinus apparuerit tempestatem facit. Si in se rubeat serena dies erit. Si pallescat tempestatem facit. Sole oriente si nubes circumvenerint et circa ad quam partem se compresserint atque se inclinaverint venti illius parte flabunt. Sole occidente si pluvias fuderit vel radii eius nubes attraxerint sequente die tempestatem ostendunt. Sole occidente si nulla nubes circa eum claruerit sed fuerit in opposita parte tempestatem significat. Sole oriente vel occidente si nubes circa eum non ambiat sed ad aliam partem inclinaverit ventum ab illa parte cum advesperit ostendunt. Sole oriente vel occidente si nubes circa eum rubescunt tempestatem faciunt. Si in plaga occidentis post occasum solis apparent inter nubes rubeo admodum carbonum ardentium signat ventum magnum. Sol circa occasum si magnus apparet et quasi non lucens ventum et tempestatem presagit. Si post solis occasum nubes in signo extra... versus septentrionem vel austrum aut occidentem rubescunt et celum inter eas videtur clarum ventum intra 3 dies scit esse futurum. Sic intendit virgilius de luna et sic et de sole. Circulus circa lunam si ex una parte fractus fuerit ventum ab alia parte promittat. Si 2 vel 3 circundant eum [illegible] aere signat hiemalem. Et si ad clarum ruborem declinavit et quasi [illegible] apparuerit aere hiemalem et ventum validum presagit. Idem facit [illegible] rubicundus et spissi apparuerint et dixit pluvias. Si luna in orta [illegible] rubicunda fuerit ventum presagit. Si quinta die cornua eius recta fuerit ventum ostendunt. In plenilunio luna rutila facit ventos. [illegible] si cornua eius grossa fuerit horridam ponit tempestatem [illegible] diem si cornua non apparuerint vento favonio flante [illegible]

ros
Tolon...
Ortus ☉
nubes depulse
Occasus ☉ rubicundus
Halo
vapor albus
columbe silvestres
cornix milvi vespertiliones
musce
cacumina pura
aves marine ad litus ad nemora
Cornix
duplex orbis
☉ niger pallidus
radii ☉ sparsi
☉ citrinus rubicundus pallidus
occasus pluviosus
☉ magnus
nubes rubee
halo fractus
pluvia D. 4.
cornua

Ortus et occasus arcturi et agitatoris secundum Virgilium communiter faciunt tempestatem post quem pluviam sequitur generaliter ventus magnus secundum arestotilem. Stelle pliadum et alpheta et aliarum stellarum congregatos solito si apparuerit clariores et maiores ventos signant a parte in qua fuerit. Si due stelle in corpore cancri que presepe dicuntur habentes inter se nubeculam parvam tempore sereno si aperte desierit frigus sequitur. Si ambas stellas caligo texerit impetum venti ab austro conducet. Si ea que ad aquilone est caligo abduxerit ventum ab illa parte futurum denunciat. Cum repente stellarum claritas obscuratur nulla nubecula apparente graves pronunciat tempestates. Nubes similes floccis lane aere notant hiemalem. Si ad partes aquilonis nubes fuerint conglobate atque sole oriente discurrunt ventum ab eadem parte futurum dicunt. Sed in austro nubium conglobato nubes ostendit. Si sereno nocte in austro chauro vel favonio fulgurat tempestatem fit. Si in aquilone fulgurat et in euro tonat tempestatem fit. Mare si undique tranquillum fuerit et in portu solum estuaverit aut murmuraverit ventum in se habere predicit. Littora et rupes si in tranquillitate resonat tempestatem asperam denunciant. Mari in tranquillo posito si spuma eius spargatur tempestatem est indicium. Mari silente si aqua intumuerit ea ventus in ea intravit. Mare bulliens et in se ampullas faciens tempestatem facit. Pluvie in aquis natales vel que lanugo populi arbore volans tempestatem sunt signa. Delphini in tempestate mare spargentes aquas tranquillitatem presagiunt.

Frigus.

Frigiditatis vero signa sunt. Si in hieme sol rubundior et clarior sit in occasu quam consuevit et flante boreali frigido in sequenti die gelu veniet frigus cum vento orientali durat multum. In tempore hiemali vel pluvioso si res subito desiccantur que de facili consueverit humectari vel papirus pergamenum et similia gelu fit. Bovis in autumno iacentes super latus dextrum hiemem pronunciat validam. Si super sinistrum remissam. In principio gelu si humiditas supervenerit que fit nix grando vel pruina et non pluvia continuatio fit in gelu. Et si nix fuerit illa humiditas et partes eius subtiles fortius gelu signabit. Sed late et magne partes nivis cadentes cadentes plus dissolutionem gelu fit. Et si porro humiditas cadens fuerit grando et eius partes parve et rotunde albe quasi et graciles continuationem gelu pronunciant. Sed magne partes et oblonge et minus albe dissolutionem cuius signat. Sed pluvia superveniens gelu dissolutionem similiter facit. Vulneres patitur gelu per frigidi te consuetas in extremitatibus membrorum. Ossa fracta et vulnera antiquitus sanata contra gelu interim dolent. In principio gelu aves aquatice querit aquas magna non congelabilem hoc signat gelu magnum et durabile. Aves parve in principio hiemis si congregant se per turmas signum est frigore vel tempestatis valide. Signa antecedentia terre motum sunt hec: aer frigidus in diluculo propter coarctationem venti. Sonus auditur in terra ex vento coarctato. Signum etiam terre motus vicini est longa nubes sicut linea recta apparens ante solis occasum. Sed signa sequentia sunt caligo et tenebre circa solem et stellas etc.

De Cometis et Significationibus earum

E non lateat circa Cometarum materias. Cum ex similibus materia generatur sicut alie stelle secunde discurrentes in aere vel sunt ignitiones et inflamationes propter hoc ergo Cometa generatur in loco superiori et materia magis compacta et plurima. Et dixit ptolomeus illustre ergo Cometa est vapor terrens habens partes grossas fortiter coniunctas ascendens ad partem superiorem ethus regnorum et aliarum rerum permutationes designans. Et similiter[illegible] causa efficiens est virtus celestis secundum stelle fixe vel erratice sub cuius directo locatur et fertur ad motum eius propter assimilationem quam [illegible] sicut [illegible] cum illa stella vel planeta trahitur enim a stella secundum fortitudinem magnitudinis. Cum igitur in omni re creata [illegible] sunt sit vel spirales sensibiles ab [illegible] per actionem corporum celestium. Et cum [illegible] paro fit [illegible] et debil et informia. Et hinc debilitate signum

arcturus
pleiades
presepe
repentina stella: obscu
nubes conglobate
Fulgur.
mare
spuma.
pluvia natales
Delphini.
Sol rubicundus
Si repente siccantur res.
Bovis iacentes in dextro latere.
Pruina nix subtile
Grando parva alba
vulnera antiqua gelu magis dolent
Aves aquatice parve
materia cometarum
Efficiens

apparebit in corporibus complexionatis que sunt de natura et similitudine stelle quam
hanc sublimauit. Sed damascenus dicit Cometa esse per diuina presentiam specialiter
ordinatam ad designandum mortem regum et principum et huiusmodi, contrarius
alios quod alberto non placuit. Albumasar autem dicit quod ex aduentus ignium et
stellarum albarum huiusmodi comas non sunt nisi ex dominio stellarum in dominio Mar-
tis in anni coniunctionalibus planetarum magnorum presertim cum fuerit radix
marte in signis terreis vel aereis et fuerit luna in fortunis ab eo in signo
aereo et propterea si luna dominatur Iouii. huic sine concordat hali. Sunt
autem Comete .8. unus nigra Argentum Rosa Veru ~~pertica~~ pertica Mamica
miles ~~miles~~ et dux asthone de quibus Saturnus habet unam scilicet nigram que est ceruleo
colore hec cum apparuerit mortem et famem significat Iupiter habet duas scilicet arge-
tum et rosam. Argentum habet radium pulcherrimum admodum argenti purissi-
mi hec anni sunt fertiles propterea si Iupiter fuerit in signo humido. Rosa est ma-
gna et rotunda Color eius est vel argenti in auro commixti. mortem signat
regum et diuitum et mutabuntur res indaue et succedent eis meliores
Mars habet tres ~~unus~~ Veru perticam et mamicam. Veru horribile est aspe-
ctu et vadit prope solem signans destructionem fructuum mortalitatem
regum atque principum. Pertica habet grossum radium qui specialiter signat
paucitatem aquarum propterea si iuncta fuerit Veneris Si iungatur Mercurio
morietur iuuenes et sapientes Si lune mortalitas erit vulgi Si Saturno
mortalitas erit vulgi minor Si Marti guerre et interfectiones erunt Si Iou-
i contrarius eius statio in regibus et diuitibus apparebit Mamica est rubea
longa habens caudam. paucitate aque significat famem magna. robustius et
pluia in terra Marte propterea Venus habet unum unus que est miles Magnus
est admodum lune. crines et radios retro se diffundens et precipit regi signi-
moret regibus et principibus Mutat leges et statuta Mercurius habet ducem
asthone qui est ceruleus et paruus. cauda eius longa valde significat mortem
et pluia. Cometa magnus si apparuerit in ascendente natiuitate alicuius vel funda-
tion loci alicuius vel alterius radicis aut in signo perfectionis vel in ascendente re-
uolutionis vel regionis directionis significat mortem vel damnum vel destructionem illi-
us cuius fuit ascendens vel locus Et si apparuerit in signo quod fuit in medio
celi hora introinsarcionis alicuius vel eleuationis cadet eidem periculum magnum
Et si apparuerit cometa in ariete significat detrimentum regis Babilonie et re-
gum aliorum quorum regna fuerunt in diuisione signi arietis et erunt bel-
la inter grecos et barbaros et inter Italicos et alexandrinos Infortunium
Romanorum siccitate significat magna. dolores oculorum et aurium et destructio-
nem nobilium et infimorum eleuatorum Et multas minerus significat auri et
argenti cum magno calore estiuali Et si apparuerit in oriente cadet odium
inter persas et arabes et obedient Regi Babilonie plures nationes Si in
occidente cadet. malum magistribus et regibus suis et sedes in oriente et
pluuie erunt multe et inundationes fluminum et riuus In Thauro si appa-
ruerit Cometa erunt guerre et timores terribiles in terra Romanorum et Ba-
bilonie egritudines vehementes cum annona pauca Infortunium Italie
in capite et apprehensione et mortalitate. Multi dolores siccitates et stabiles. pru-
ritus mors bonum abscisio manuum Et desolabit quedam pars per terre motum
et erit frigus vehemens. corruptio segetum et casus fructibus arborum
in paucitate cultiue et plantatore. Et si in oriente apparuerit rex
meat de suis aduersariis et tunc erunt egritudines multe in terra estiua
Et si apparuerit in occidente erunt pluuie multe In geminis si Cometa apparu-
erit angustiabitur rex Romanorum et rex Egypti et infortunium cadet
eis [illegible] egritudines et mortalitas fames. mors puerorum abortus
pregnantium. mors animum Tonitrua magna et choruscationes et venemosa
conuenia [illegible] Et si in oriente apparuerit tunc cadent magistri plu-
rimi de ordinibus suis In occidente multam captiuitate pluuias multas et
inundationes designat In Cancro si apparuerit Cometa significat bella et mortem plura-
litatem submersionem. mortem subitaneam quorundam multa que mala. abundans

Damascenus.
Albumazar
Comete 8.
♄ nigra.
♃ argentum
Rosa. quid.
♂ Veru
Pertica
Mamica
♀ miles
☿ asthone.
Cometa in ascendente.
in ♈.
in orte
occidens
♉
♊
♋

pluviarum et piscium paucitate Quod si in oriente apparuerit erit angustie pluvie sed in fine anni erit vilitas anone In occidente rixa significat inter reges et postea

♌ pacem In Leone Cometa si apparuerit guerras inter reges in fine anni et multi sanguinis effusionem signat In oriente morte quorundam nobilium strangustrangurria et dolorem oculorum multitudinem luporum et rabie canium denunciat et siccitate In occidente fere eadem significat In Virgine si apparuerit

♍ Cometa vilipensionem mercatorum in invicem dolores febrium et tremores ventositates interiorum ulcera et pustulas et pregnantium aborsus Quod si in oriente apparuerit et Sol in virgine fuerit rex sic vincet adversarios In

♎ occidente pugna designat Babilonie In libra Cometa apparens significat morte multorum principum et regum atque nobilium sanguinis effusionem mercatorum abscisionem paucitate pluviarum et multam serenitate veterum valitudine fluminum siccitatem plantarum paucitate et frondium destructioz Quod si apparuerit in oriente significat infortunia guerras et intestinos in terra Romanorum et erit egrorum … et … In occidente significat rebelliones

♏ servorum erga dominos suos et fructibus erunt mediocres In Scorpione Cometa apparens significat dolorem testiculorum vesice et costarum malum particularem et rixas principum pluvias multas destructionem fructuum propter gelu tenebrositatem aeris et humiditatem desiccationem fluminum et horribilitate piscium In oriente si apparuerit salus erit Babilonie et mors

♐ pauca In occidente multitudine locustarum designat In Sagittario Cometa si apparuerit significat vehementia regis super plebe suam et desiderium congregandi pecuniam et morte quorundam nobilium et vehementiam calore In oriente morte regum guerras et latrocinia paucos redditus et fructuum abundanciam designat In occidente aborsus pregnantium et somnia

♑ multa In Capricorno si apparuerit Cometa bellum inter reges orientales et … rumores terribles in persia et usque meridiem et in regionibus que sunt in divisione Capricorni significat etiam multiplicationem latronum depressionem religiosorum et mortem bonorum gradiente et nives destruentes plantas et ortos In oriente si apparuerit impedimentum regis ab inimicis significat nives multe erunt et pluvie salvabit fructus in vineis et fructibus In

♒ occidente herbositatem anni et agrorum abundancia In aquario si Cometa apparuerit significat mortem regum in oriente cedem et pugna in occidente et morte in tempore longo Erit quoque tenebrositas aeris tonitrua multa choruscationes et fulmina pauca annorum paucitas et piscium cum vilitate anone Quod si in oriente apparuerit et fuerit Sol in aquario herbositate magna significat In occidente rumores horribiles in persia et in regionibus que sunt in divisione aquarii

♓ ut in Dacia Suecia et Norwegia In piscibus si Cometa apparuerit morte … plebis que in partibus piscium cadunt significat cedem multam in terra et egypti cum sectatorum cedet quoque rixa inter religiosos moriet quoque pisces Quod si in oriente apparuerit et fuerit Sol in piscibus cum erit vehementia in divitibus et principibus tollent quoque regnum regis et erunt inobedientes ei et erit pavor in regionibus multe et signis in hiis quibus preerit signum piscium Et si in occidente apparuerit erit mors et angustia in multis partibus occidentis multiplicabuntur quoque pisces et aves et fluminum inundacio secundum quod ei placuerit qui cuncta ab eterno premouit atque disponit Cui honor et gloria per infinita secula seculorum Amen.

Tempus inter duas	coniunctios	planetarum	medias	
dies	hore	M.	Z.	
29	12	44	3	Sol et Luna
378	2	12	24	Sol et Saturnus
398	21	12	0	Sol et Iupiter
119	22	22	24	Sol et Mars
21	9	23	21	Luna et Saturnus
21	11	42	42	Luna et Iupiter
28	10	42	42	Luna et Mars
1243	14	49	40	Saturnus et Iupiter
133	20	1	24	Saturnus et Mars
816	10	21	36	Iupiter et Mars

Summa de scientia nativitatum decem et octo continet capitula. Primum capitulum est de consideratione scientie nativitatum in generali

Praestantiorem esse partem astronomie speculatores scientiam nativitatum Arabes et Caldei arbitrati sunt. Que nunc nostris temporibus propter detractorum importunitatem multis in nauseam est conversa, ipsa quod nichil mali meretur, sed forte ignorantes nonnulli aliter quam licuit ea abusi sunt. Si enim ad fundamentum eiusdem ingeniose respexerint, nichil quod reprehensione dignum sit in ea reperient. Quod si forte aliquis suspectum venerit, adinventum inveniat hoc preter intentionem artis et auctorum esse scientiam. In ipsa namque aliud nichil edocetur quam in nativitatibus quidem signationes et inventiones liberet fuerit eligere locum hyleg ex luminaribus, parte fortune, ex gradu quoque ascendentis et coniunctionis et preventionis que sunt ante nativitatem. Eligere quoque alkokoden ex dominis quatuor dignitatum illius loci hyleg quod est domus, exaltationis, termini vel triplicitatis aspicientibus, et eius receptione qui fuerit aspectu fortior, et per directionem graduum hyleg ad loca abscisionis donationem quoque alkokoden cum augmento et diminutione ex aspectu planetarum ad eum indicatum quantitatem vite nati. Non quidem quod oporteat vivere de necessitate, sed ultra quod vita eius non protenditur ex natura. Et cum hoc dirigere gradum ascendentis et gradum lune ad eventus corporis ex infirmitate et sanitate, gradum vero medii celi et gradum solis ad esse eius in regno, et gradum partis fortune ad acquisitionem divitiarum. ~~Patri quoque aspicere ex sole et domino [illegible]. Matri autem ex luna et medio celi. Preterea etiam hyleg dirigere sicut dirigitur locus hyleg nisi quod dirigitur retrorsum.~~ Amplius scire modum directionis ex divisore et ex dono radiorum et ex recipientibus dispositionem ipsorum. Docet etiam revolvere annos nati ex signo profectionis ad maiora esse et ex ascendente revolutionis ad minora, et demum iudicare dignitates nati et accidentia, et per commixtionem almuten super ascendens super almuten ad quedam loca ex celo per quatuordecim modos qui significant defectum et destructionem iussu creatoris. Hanc scientiam tradidit Ptholomeus illustris in tractatu tertio quadripartiti et etiam Aomar Tiberiadis in libro qui sic incipit "Scito quod divisionem nativitatum" et Albohali. Iste est liber in quo compositum et Iohannes Hispalensis in suo quadripartito et Hali in suo quadripartito. Et hec est eius consideratio et non alia. Dicunt tamen huius scientie detractores: quid prodest homini per scientiam nativitatum si malum futurum sibi constat cum illud impedire non possit; ergo est falsum magisterium astrorum et fallibile aspicientes in eo. Quibus dicimus quod omnis operatio cause agentis super rem aliquam est secundum proportionem materie ipsam recipientis operationem, velut unus et idem ignis indurat lutum et liquefacit ceram. Unde si homo ex astrorum magisterio cognoverit quod in estate futura ex operatione celi passurus sit ex superfluitate caloris et siccitatis, in medio tempore convertere potest complexionem suam donec declinet ad frigiditatem et humiditatem, ut operatio celi adveniens ipsum in temperamentum reducat. Que si ipsum in media consistentia caloris reperisset, ad latus extendisset ex calore superfluo et siccitate; contraxit dum ipsum in opposito latere invenerit, potius eum ad medium sanitatis perduxit. Hac vero via potest removeri in toto vel in parte impedimentum prescitum, nec tamen fuit frustrata celi operatio, sed operatio celi aliter est remota. Iuxta quam intentionem loquitur Ptholomeus in libro centum verborum ubi dicit: potest astrologus plurimum malum auferre de operationibus stellarum cum fuerit sciens nature agentis in eum et premunierit ante suam destructionem receptum sustinere volentem. Similiter de acquisitione subita dicunt reprehensores: quid prodest nato de subita prosperitate gaudere antequam veniat, quia sub illa spe fortassis temere aliud attentabit. Dicendum quod bonum futurum antequam perveniat potest augeri et efficere melioris effectus. Unde vir eiusdem [illegible] dicit sapiens potest iuvare celestem operationem quemadmodum seminans per culturam et purgationem. Sed quid de moribus [illegible] nisi quod non iudicatur castus vel continens [illegible] aut patiens et huiusmodi nisi secundum inceptitudinem et aptitudinem et inclinationem eligit hoc vel illud. Sed ex parte celi est quod ad eligendum illud aptior reddatur [illegible] inclinetur, et propter hoc conceditur hec scientia eo quod liberum arbitrium ut ipsi dicunt.

Contrariari videatur radic con no stabit magisterium medicine. Nonne etiam ex magisterio iudicatur secundum eos inferiores quod ad huiusmodi virtutes et vitia sit aptus Nonne etiam secundum motum lune ad latam sederim anglorum medici periodos et crises nosciunt futuras ad mortem vel salutem Nonne aliquem ad vitia naturaliter inclinatum puta furiosum aut lascivum per causas cognoscunt et ingeniose ad contraria permutant ergo destructio est magisterium medicine, absit. Nam si destructum fuit multum cum reipublice derogatum. eo vero stante non videtur de erroribus esse quod contra scientiam nativitatum allegant, philosophorum namque et astrologorum iudicia frequenter vera sunt eo quod in pluribus iam passionibus succumbit et ab eis seducuntur non tamen de mente quoniam eo impetum habet super passiones ideo per hunc modum ex motibus corporum celestium possunt de operacionibus humanis multa presciri cum non sit dubium dispositiones corporis humani impressiones corporum celestium sequi Nam corpora celestia directe et per se imprimunt in corpora inferiora hec vires aut alie que sunt actus organicorum corporum directe quidem sed per accidens quia necesse est huiusmodi actus harum potentiarum impediri secundum impedimenta sic oculus turbatus non bene videt, ad intellectum aut et voluntatem impressiones corporum celestium pertingere possunt indirecte et per accidens inquantum scilicet tam intellectus quam voluntas aliquo recipiunt ab inferioribus apprehensivis Unde turbata ymaginativa cogitativa et memoria etiam necesse turbatur actus intellectus Et ideo dicunt doctores et astrologi et phisici in multis vera predicere possunt maxime in hominibus qui passiones sequuntur sensitivas Nichil minus prohibet aliquem hominem per liberum arbitrium passionibus resistere Unde dicit ptholomeus in sapientiis almagesti quod vir sapiens dominabitur astris sapiens scilicet qui suis passionibus dominatur casso quas refrenat

Capitulum secundum de investigatione gradus ascendentis

Estimaverunt quidam nostri temporis astrologi quod exitus ab utero matris sit radix natalis et firmatura omnium contingentium futurorum ipsi nato et fundant se super titulos librorum antiquorum dicentes quod Albumazar. hali et sapientes alii in libris suis quos de nativitatibus ediderant omnes pronosticacionis accidentium super hora nativitatis fundaverunt quod non fecissent nisi hora nativitatis fuisset horum certa firmatura et radix. Et hoc certe non videtur, quia quod non est radix accidentium extremorum non est radix contingentium mediorum Nam quia multos vidimus mori embriones antequam nascantur Ut manifestum est illud non dependi ex dispositione celi hora nativitatis sed conceptionis ad omnis tamen suum perdidit effectum Et ideo verius dicendum est quod si hora nativitatis fuit consimilis hore conceptionis quantum ad essentiam ascendentia vel contingentia nichil refert dicere hanc vel aliam horam esse radicem natalem, quorumlibet accidentium ipsi nato futurorum Cum consimilium causarum consimiles fiant effectus Secus autem est si fuerint diverse Ex hora enim conceptionis dependet certa complexionis naturalis, fortitudo et debilitas magnitudo et parvitas, masculinitas et femineitas, monstruositas et membrorum soliditas claritas et huiusmodi Ceterum accidentia enim inquantum ex huiusmodi aptitudine vel ineptitudine dependent ut sunt audacitas ferocitas pusillanimitas tenacitas et largitas gaudium et huiusmodi que omnia radicantur in dispositione corporis cui uniuntur ut fortior ut ait Damas. et Gilbertus Quare manifestum est quod hec omnia ex hora conceptionis iudicantur quam ex hora nativitatis Unde ex hora nativitatis que accidentia omnia spectare possunt atque cognosci velud vite quantitas vite per exitum divitie et paupertates, prosperitas et contrarietas, fortunia et infortunia et alia huiusmodi Ex quibus apparet quod libri quos antiqui sapientes de nativitatibus ediderunt rectantes etiam de conceptione sunt intelligendi Et ideo error est iudicum eorum est quia solum secundum radicem nativitatis signos simpliciter eruderunt. Sed dicet aliquis contra hec libri antiquorum sunt de nativitatibus et non de conceptionibus Dico quod antiqui sapientes ut attestatur hali multum laboraverunt in exquirendo conceptionis horam et vix eam scire potuerunt propter dubitatem more infancium in utero matris, antequam ptholomeus superveniens nobis viam facile atque veracem exposuit dicens Locus lune in hora nativitatis est ipse gradus ascendens in hora conceptionis et ideo intitulabat libros suos de nativitate que fuit eis nota et non de conceptione que fuit eis incerta [illegible] de gradu ascendente investigationis [illegible] ascendens esse [illegible] quod duplex est modus investigandi gradum ascendentem in hora nativitatis quorum primus est per alimudar super loca quieta vel [illegible] per [illegible] sanctus est

Probat tempus conceptionis forcius esse quam nativitatis

per locum lune in conceptionis hora. Primum modum ubi albandus in suis ysagogis vz eligere pla-
netam continentem plures fortitudines in loco quinto vel pueritie qui precessit nativitatem
et illum utrique iubet esse ad horam nativitatis et dicit quod ascendens vel medium celi
cui scilicet fuit ille planeta vicinior vel vadit ad eum in hora nativitatis debet esse ad instar
planete illius in signo suo. Verbi gratia si ascendens fuit libra et opposito precedens in gemini et
almutem loci illius fuitque mercurius in hora nativitatis in 24 gradu sagittarii tunc 24 gradus libre se-
cundum hanc regulam erit ascendens nativitatis illius eo quod ipse propinquior est ascendenti quam
medio celi. Eodem modo ptholomeus dicens quod omnis qui natus fuit sub domino qui maiorem
dignitatem habuit in gradu quinto vel pueritie habebit aliquem ex quatuor angulis simi-
lem planete illi. Et dicit aomar quod hoc verum est cum planeta qui prefuit aspexerit locum
quinti vel pueritie, si autem non erit indicii certitudo per ipsum. Et cuiuscumque planete
pluris dignitatem inveneris locum istud aspicientem illum auctorem rei constituas. Verbi gratia si domi-
num aspexerit domus vero dominus non tunc secundum dominum hic fiat iudicium. Et si plures aspici-
entes in fortitudine convenerint eligatur ille qui aspectu fortiori aspexerit ut quarto
a quinto vel septimo vel loco fortiori ut qui ab angulis. Et si in hac conveniant tunc
orientaliori vel ab illo qui sibi fuit propinquior. Est circa hanc regulam notandum
quod si opposito propinquior [illegible] fuit tunc gradus illius [illegible] quod fuit super terram dicetur gradus
preeminens. Si autem contingit quod unum luminare sit in gradu orientis et aliud in gradu occidentis
eligatur tunc gradus orientis. Et si contingit quod plures planete fuerint tunc equalis fortitudinis
in gradu quinti vel pueritie tunc preferatur ille qui fuit in suo hayz. Et si in hoc
concordant tunc eligatur qui fuit soli vicinior nec sit combustus. Et si in hoc equales
fuerint eligas illum qui citius mutabitur ad esse melius. Quamvis hec via sit satis com-
munis tamen est multum secura. Nam ut ait hermes putant plures astrologi gradum ascendentis per
hunc modum se posse invenire in multorum tamen nativitatibus aliter evenisse compertum est. Et albu-
bater dicit quod non invenitur per hanc viam gradus ascendentis ut putaverunt aliqui quoniam
multotiens concordat sed dignior gradus circuli postea gradum ascendentis per ea invenitur.
Alius autem modus et securior investigandi gradum ascendentis est per locum lune in nativitate. Nam
ut ait hermes et post eum ptholomeus locus lune in nativitate est ipse gradus ascendens in conceptione
et locus lune in hora conceptionis propinquius est ipse ascendens gradus in hora nativitatis ut supra
dictum est. Pro quo sciendum quod more hominum et bestiarum in utero sunt dissimiles quod dependet
ex nobilitate et influentia stellarum fixarum in ymaginibus bestiarum. More etiam puel-
larum in utero non sunt ita regulares sicut masculorum quod contingit ex influentia fixarum
duodecim ymaginibus que ~~vocantur~~ masculus que vocatur zodiacus stellarum passiva. Mascu-
lorum quidem more in utero qui secundum naturalem cursum nascuntur et non abortive tripliciter distin-
guuntur vz in mora minore media et maiore. Unde si in nativitate fuit luna in
principio septime domus super terram tunc infans in utero fuit per moram in gradu minorem
que est 259 dies 14 hore [illegible]. Si vero in gradu orientis fuit luna in hora nativitatis
tunc stetit in utero per moram mediam que est 273 dies 4 hore 14 minuta. Et si in
hora nativitatis inventa fuit luna in gradu occidentis sub terra tunc infans fuit in utero
per moram in gradu maiorem que est 286 dies 21 hore 14 minuta. Si vero fuit luna
inter oriente et occidente super terram tunc fuit mora in utero maior minori et minor
media et hoc secundum elongationis quantitatem lune ab occidente. Si vero fuit luna inter
oriente et occidente sub terra tunc fuit mora in utero maior media et minor
maiori et hoc secundum quantitatem elongationis ab oriente. Volens igitur secundum hanc viam
moram creature in utero matris querat eam secundum quantitatem elongationis lune ab occidente
tempore nativitatis in tabula subsequente et hanc moram a tempore nativitatis subtrahat et remanebit
hora conceptionis. Post hoc equetur luna ad hanc horam nam motus lune ad hanc ho-
ram verissime fuit ascendens tempore nativitatis vel vicinius quo poterat esse. De-
inde ab hora conceptionis demanentur equationes dierum et cum tempore manente queratur ascen-
dens conceptionis nam illud debet esse ad instar gradus lune in hora nativitatis vel propinquius quo
poterat et caveat a bissexto. Postea si hora nativitatis luna fuit per ascendens [illegible]
et nesciret astrologus si fuit super terram vel sub terra errare potest in tempore concep-
tionis per 21 dies [illegible] ille error non est ipsum multum a proposito [illegible]

vel ad gradum ascendentis in uno medium. In motibus tamen planetarum hora correptos fallit hominem
sive erraverit sive non, semper locus lune vere idem erit quod in tanto tempore quo ad unum locum
secundum eius medium cursum redibit. Nota quod distantia lune ab orizonte sumitur
a loco coniunctionis.

Capitulum secundum de scientia nutritionis

Solebant antiqui scientiam nutritionis aspicere de nato antequam queque determinare dixe-
runt enim plures illorum quod tempus nutritionis est certo modo. Ita quod infans per
signa diversarum naturarum per directionem et finem perficiat. Ptholomeus autem dicit quod tempus
nutritionis est annus unus completus ut sol ad illud eundem punctum redeat in quo tempore nativitatis
fuit. Huiusmodi rei scientia est ut consideretur dominus triplicitatis ascendentis nativitatis. Secundo dominus
triplicitatis solis de die et lune de nocte. Tertio dominus triplicitatis partis fortune. Quarto
dominus triplicitatis signi coniunctionis vel preventionis precedentis nativitatem. Quinto respiciatur ad Iovem
vel Venerem. Sexto consideretur planeta diurnus si fuerit nativitas diurna vel no-
cturnus si fuerit nativitas nocturna. Huius ordinis exemplum. Si dominus triplicitatis ascendentis
primus vel secundus vel unus illorum fuerit in ascendente vel medio celi aut undecima vel quinta
liber ab impedimentis et malis significat nutritionem. Et si fuerint cadentes vel impediti a
malis tunc accipiatur dominus triplicitatis solis in die vel lune in nocte. Qui si fuerint
in locis predictis et aspexerit solem parte fortune in die vel lune in nocte fuerint quoque
predicti dominus triplicitatis liberi a malis et impedimentis significat nutritionem. Qui si fuerint im-
pediti et in malis locis aspiciatur tunc dominus triplicitatis signi coniunctionis vel preventionis precedentis
nativitatem. Qui si fuerint in angulis vel succedentibus liberi ab impedimentis et malis
nutritionem significant. Quod si e converso fuerint tunc considerentur ♃ et ♀ qui si unus illorum
fuerit in angulo vel succedenti liber ab impedimentis et malis significat nutritionem. Et si fuerint
ambo impediti et in malis locis tunc respiciatur Luna que si fuerit libera ab impedimentis
et malis fueritque cum hoc planeta diurnus in ascendente vel medio celi et nativitas diurna vel
nocturnus in nativitate nocturna significat nutritionem. Et si fuerit Luna in malis locis et impedita
aspiciendum est quis planeta habuit maiorem dignitatem et potestatem de dominis triplicitatis
ascendentis et triplicitatis solis in die atque lune in nocte, triplicitatis quoque partis fortune, triplicitatis
etiam signi coniunctionis vel preventionis que nativitatem precessit. Qui si fuerint in angulis vel succe-
dentibus liberi ab impedimentis et malis significat nutritionem. Quod si fuerint impediti in malis
locis significat parvam moram et existentiam brevem et vivet tamen de diebus mensibus
vel annis quantum fuerit de gradibus inter planetam illum fortiorem in nativitate et abscisorem
sive malum similiter si fuerit huiusmodi planeta fortior eorum fuitque gradus ascendentis vel lune applicantis
malis per coniunctionem vel quartum aspectum vel oppositum. Natus vivet tamen quantum fuerit inter gradum
ascendentem et abscisorem vel aspectum eius. Eodem modo est de Luna non fortunata et si fortuna
aspexerit eos. Et si Luna fuerit in aliquo angulorum inter duos malos obsessa quorum unus in ascendente,
brevitatem vite significat. Dixit Hermes cumque ceciderit in
dente est et alius in septima brevitatem vite significat. [illegible] cumque ceciderint
domini triplicitatum ab aliquo angulorum fuerit quoque in angulo aliquo [illegible] stellarum fixarum
magnitudinis prime vel secunde que sit de natura dominorum triplicitatum perficietur nutritio.
Certum autem dominus triplicitatis ascendentis solis vel lune partis fortune signi coniunctionis vel preven-
tionis aliquo fuerint impediti post casum ab angulis significant nutritionem cum labore
et gravitate. Et cum fuerint cadentes domini triplicitatis ascendentis primus et eius brevis vita significat
maxime si fuerit ♃ in angulo in nativitate nocturna vel ♂ in nativitate diurna. Cum autem
fuerit impeditum luminaris cuius fuerit auctoritas et gradus ascendentis, recesserint quoque domini
luminaris ab angulis non gustabit cibum antequam moriatur. Erit quoque hora huius rei cum
supervenerint luminaria ad abscisorem. Et cum ceciderit dominus triplicitatis ascendentis omnes
tres, cecideritque luminaria et domini eorum, cecideritque coniunctio vel preventio et domini eorum
tunc non gustabit natus aliquid donec moriatur vel forte erit unus ex illis quos vocat
vulgus mutatos habentes caput grossum et ventrem tertiam qui sunt insatiabiles. Cum
impeditum fuerit ascendens et dominus eius Luna et dominus eius significat parvam vitam
[illegible] hoc autem erit in anno quo pervenerit ascendens ad angulum in quo fuit
[illegible] impedientes. Cum autem apparuerit ex significatione aliqua vita brevis [illegible]
[illegible] tunc [illegible] ascendens per gradus equales ad corpora malorum ad quartum
aspectum eorum vel aspectum dando cuilibet signo mensem unum et si [illegible]
[illegible] signo annum unum et tunc morietur. Et quod fuerit in nativitate Luna recepta

Significat bona nutritorem et amicitiam hominum erga eum multitudinem significat fratrum
et sororum Si vero non recepta fuerit horum quorum significat Similiter quando infor
tune fuerit cum luna et venus aspexerit eam in nativitatibus nocturnis vel Jupiter in na
tivitatibus diurnis significat bona nutritorem et maxime si ipse fuerit in bono loco. Sic
itaque planeta significans nutritorem in nativitate diurna si fuerit orientalis masculus
et in signo masculino vel in nativitate nocturna occidentalis et in signo feminino
erit fortitudo eius maior et testimonium eius super bona nutritorem veracius Cum autem
quatuor vel quinque planete vincentes fuerint in ascendente nativitatis natus ille longevus non erit ut
dicit hali. Si luna fuerit in angulo et aspexerit eam aliquis infortuna ex quarto vel opposito
non recipiens eam natus ille non nutrietur, neque quando dominus ascendentis fuerit robustus et
maxime si in domo 8va precipue si fuerit ascendens in capricornus nutritorem perficere possit
Cum autem luna minuens lumine et iuncta cum marte maxime in ariete vel diminuta lumine
et iuncta saturno maxime in capricorno parvam ~~nutritorem et~~ vitam significat Et mars fortior
in hac re in nativitate diurna super terram. Et saturnus in nocte sub terra hii duo contacti ha
bent vitam abscindere nati in hoc casu. Dixit enim Abraham quod si fuerit dominus
ascendentis robustus in hora nativitatis puer octo dictum spacium in vita non complebit
Si locus in quo coniungebatur saturnus et mars fuerit in quartum vel oppositum antecedente
nativitatem alicuius nati et in nativitate abscindit hilech ipsius nati Idem facit locus
oppositus ipsorum Similiter locus quarti aspectus duarum infortunarum ad solem vel lunam
cum ante nativitatem vel post quartum vel oppositum in qua fuerit nativitas abscindet hilech secundum hali
Cum significatores ascendentis latitudinem non habuerint natus erit macer Si multam
habuerint latitudinem erit pinguis Et si fuerit illa latitudo meridiana erit levis. Et si
fuerit septentrionalis erit intensus quibus significat scilicet retrogradacio et statio prima pinguedinem
Directio autem et statio secunda macredinem inducunt, Et cum hec partes considerande sunt

Capitulum tercium de extractione hylech

[S]apientes antiqui et moderni in extractione hileg et alkokoden licet mirum
discordes inveniantur sententia tamen eorum in qua maior pars concordat est ista
In nativitatibus diurnis queritur primo hileg a sole qui si fuerit in angulis vel succe
dentibus in signis masculinis vel in quarta masculina et aspexerit eum dominus domus eius
termini exaltacionis vel triplicitatis ipsius erit ipse hileg Et si non aspexerit eum dominus aliquis
quatuor dignitatum non potest esse hileg. Accipiatur luna que si fuerit in angulis vel succedentibus
in signo feminino vel in quarta feminina et aspexerit eam aliquis de dominis 4or dignitatum erit ipsa
hyleg Et si luna non fuerit apta hileg, tunc queratur hileg ab ascendente si fuerit nativitas coniuncti
onalis. hoc est si aliquis planeta habens aliquam de 4or dignitatibus in ascendente aspexerit
ipsum gradum, tunc talis planeta erit aptus ~~hileg~~ alkokoden. Et si ascendens non fuerit aptum hileg queratur
tunc hyleg a parte fortune que si apta non fuerit, queratur hileg a loco coniunctionis vel preven
cionis que nativitatem precessit eodem modo quo de gradu ascendentis dictum est et iste est ordo
nativitate diurna In nativitate vero nocturna queratur primo hileg a luna sicut queritur in die a
sole quam si fuerit ipsa in angulis vel succedentibus in signo feminino vel in quarta feminina et aspexerit
eam aliquis dominus 4or dignitatum ipsa erit hileg Et si Luna non fuerit apta hileg
queratur tunc a sole que si fuerit in angulis vel succedentibus in signo masculino et aspexerit
eum aliquis dominorum 4or dignitatum ipse erit hileg Et si non fuerit sol aptus hileg tunc
consideratur nativitas que si fuerit coniunctionalis tunc queratur hileg ab ascendente deinde a parte
fortune post hoc a loco coniunctionis ut supra dictum est Et si fuerit nativitas preventionalis tunc
post duo luminaria queratur primo hileg a parte fortune deinde ab ascendente ultimo a loco pre
vencionis et a gradu lune sive fuerit super terram sive non Sciendum est quando queritur hileg ab
ascendente parte fortune et gradu coniunctionis vel preventionis non attenditur masculinitas vel femineitas si
gnorum sed consideratur tamen si fuerint in angulis vel succedentibus vel cadentibus de quibus attenditur
sexus signi vel loci dum fuerit hileg fuerit ascendens undecima vel decima Et maior pars
sapientum dicit quod luna in tercia in signo feminino et sol in nona in signo masculino possunt
esse hileg nisi aspexerit eum dominus domus sue vel aliquis 4or dignitatum [illegible]
[illegible] tamen voluit quod dominus facierum in extractione hileg non computetur Et in multis
signacionibus in hileg signatur longa vita et purus intellectus maximus [illegible]
Hermetis Si natus non habuerit hileg non habebit alkokoden et parvus erit

breuis vite et modice duracionis nisi ascendens et luminaria et domini eorum liberi fue
rint a combustione et retrogradacione et a malis et tunc differendum est loqui de vi
ta sua donec transeat orbis ~~fuit~~ vnum scilicet duodecim annorum ad vnumquodque signum annum
vnum Nam quociens venerit orbis ab ascendente ad corpora malorum vel quartum siue
oppositum eorum timebitur de eo donec transeat orbis ascendens Deinde dirigetur
ab ascendente ad vnumquemque gradum annus vnus per ascensiones regionis quousque peruenit
ad malos Dixit eciam Hermes in radice nisi impedita fuerit luna tenderunt quod
omnes domini triplicitatum hileg maxime domini triplicitatis ascendentis ipsius signi quod fuerit in aliquo signo
fixorum infortunata, hoc paucitatem vite signat. Cum autem mocta fuerint hileg
queratur alkokoden per hunc modum Aspiciatur dominus domus hileg dominus exaltacionis tri
plicitatis termini faciei quod eius Et si vnus ex illis aspexerit hileg vel duo vel plures
tunc qui plures habuerint dignitates et fuerit ei propior in gradibus ipse erit alkokoden Et
quando fuerit sol hyleg fuerit quod in V vel Leone et non aspexerit cum aliquis de dominis dignitatum
signi in quo est ipse erit hileg Pars fortune si natiuitas fuerit pueronalis per quod
fuit apta hyleg et alkokoden non habuit queratur hileg a gradu ascendentis deinde
a gradu pueros qui intercessit Et si nullum illorum hyleg habuit erit natus breuis
vite atque temporis pauci Comitatus in astrologorum dixit, si natus non habuit
alkokoden et fuerit ei aliqua fortunarum duarum in ascendente vel medio celi possibile est
quod natus tunc viuat quantum sunt illius anni minores nisi gradus ascendentis et luna impediantur
a malis vel sit illa aliqua de illis fortunis que vitam significat / nisi sit domus octaui
quia tunc significat paucitatem vite et mortis celeritatem

Capitulum xi^m de quantitate vite nati secundum viam naturalem cognoscenda

vniuersalis sapiencium auctoritas quantitatem vite nati secundum viam naturalem
et eius periculum ex virtute alkokoden asserit esse cognoscendam Item
si fuerit alkokoden in gradu anguli fuerit quod tunc hoc in aliqua suarum dignitatum
quoque orientalis liber a malis ab impedimentis hoc est a combustione et retrogradacione
tribuit nato annos suos maiores et si fuerit in succedentibus in similitudine predicta
dat annos suos medios in cadentibus vero ab angulis existens dat annos suos minores
eadem quod condicione retenta Si autem diminuta fuerit aliqua condicio de hys que diximus di
minuit alkokoden de annis accomodatis secundum quod diximus Si vero non fuerit alkokoden
precise in gradu anguli sed habuit distanciam a principio eiusdem versus succedentem mi
nuet de annis suis maioribus secundum proporcionem elongacionis ab angulo eodem modo fit
in succedentibus atque cadentibus, hoc autem est vnum de magnis secretis antiquorum occultis
atque rebus velatis Nos autem ad honorem dei et proficiencium vtilitatem hunc modum
voluimus explicare Cum autem meritum fuerit alkokoden in angulo precise saluis condi
cionibus prenominatis dat annos suos maiores sicut dictum est Si vero habuit distan
ciam aliquam versus succedentem tunc subtrahatur eius anni medii a maioribus et quod
remanet multiplicetur per distanciam alkokoden ab angulo et productum diuidatur
per gradus totius anguli et exibunt in quociente anni quibus ad partem fuerit si
quod residuum fuerit per distanciam ab angulo et productum diuidatur per gradus tocius anguli
et exiunt in quociente menses quibus ab annis maioribus subtractis remanet datum
alkokoden, eodem quod modo fit in succedentibus vero subtrahendo annos minores a medijs
et multiplicetur residuum per distanciam alkokoden a principio succedentis et productum diui
datur per longitudinem totius domus succedentis. Sic in cadente fiet secundum similitudinem
eandem Cum autem fuerit alkokoden in angulo habuit quod omnes condiciones quas supra
diximus excepto quod non sit orientalis quantum quoque dederit de annis maioribus in
mediocres Et si fuerit occidentalis peregrinus et retrogradus descendens secundum annorum mi
norum ad eandem quantitatem mensium Et si fuerit occidentalis peregrinus et retrogradus
[illegible] quantitate secundum quantitatem annorum minorum mensium in similis exemplum quantitatis ad dies
[illegible] modo faciendum est in ceteris impedimentis planetarum in locis circuli quod
eadem regula est de hiis et vna [illegible] aufert medium dati secundum quosdam
Deinde [illegible] et quantum addunt alij [illegible] ad annos alkokoden [illegible] si fuerit [illegible]
fortuna [illegible] aut aspexerit eum ex trino vel sextili aspectu addet ei secundum quantitatem

annorum suorum minorum menses. Et si fuerit talis fortuna in fortitudine mediocri addet ei tot menses quot sunt eius anni minores. Et si fuerit debilis in fortitudine tot dies ut horas. Mercurius etiam si fuerit cum fortunis addentibus addet ei annos suos minores. Sed si fuerit ipse mercurius orientalis vel occidentalis in angulis vel succedentibus in aliqua dignitatum suarum dat annos suos maiores quamvis ipse de natura occidentali existit. Dicit tamen Hermes quod in nativitatibus oportet considerare munerum per aspectus bonorum quando de se debilis est. Similiter si malus iunctus fuerit alkokoden vel aspexerit eum ex quarto vel opposito minuet ei annos suos minores sive temperat eum sive non. Et quod plus impedit alkokoden est ♂. Similiter si ei fuerit coniunctus per corpus sive per quartum aut oppositum aspectum applicatus abscindit ei annos suos minores. Sol quoque minuet annos alkokoden detrimentum eius erit cum erit in marte propter utriusque continuum calorem. Et quando fuerit alkokoden sub radiis combustus non poterit ex fortunis augmentacionem suscipere nisi fuerit in corde solis quando bonus sive malus ibi existens fortior est quam esse poterit. Cum autem alkokoden in 60 anno vel post per duodecim gradus fuerit addit ei quartam partem annorum et quanto propinquius fuerit ei in gradibus tanto validius erit. Et quanto vicinius fuerit ei eundo tanto peius erit. Dicunt preterea sapientes quod tres planete superiores a principio sue retrogradacionis usque ad medium eiusdem auferunt medium dati. Et quando transierit medium retrogradacionis addent de medietate prius ablata secundum proporcionem quamdiu distancie ipsius a medio retrogradacionis quousque pervenerat ad stacionem secundam. Ibi enim totum ablatum restitueret quod in medio retrogradacionis abstulit. Vera per distancia retrogradacionis medio multiplicetur medium dati et productum dividatur per residuum retrogradacionis et inde pervenient pars proporcionalis annorum quam addi debeat reliquam medietate subtracta. Venus quoque et mercurius in principio retrogradacionis sue perdunt medietatem dati in combustione totum amittunt donec apparere incipiunt et tunc medietatem perditi recuperant in quantitate apparicionis usque ad stacionem secundam deinde totum redibit. Luna vero in oppositione solis existens dum a sole quoque recepit medietatem dati perdet. Nota quod etiam dirigi debet pars hyleg ut patet libro secundo capitulo 14.

Capitulum quartum de scientia cognoscendi periculum nati et abscisione vite ex directione hyleg

L
oco vite quod est hileg dirigatur ad radios malorum et coniunctos in eodem signo atque ad loca sextilium secundum modum quem superius ostendimus per quolibet gradu annum unum. Et quando pervenerit ad malum absque preiectione radiorum fortune ad gradum ipse fuerit quousque ipse similis annis alkokoden prohibet natus ille. Et si fuerit aliqua fortunarum in eo vel ipsum aspexerit excepto quod non aspiciat ex domo octava liberat natum a morte et vivet tot annis mensibus vel diebus quot sunt gradus inter eos. Nam anguli dant annos succedentes menses cadentes dies. Similiter si sol ex angulo per trinum vel sextilem aspectum sectionis locum aspexerit prohibet vitam secari donec ad illam pervenerit secundum. Si autem anni sectionis non fuerint similes annis alkokoden tunc solum periclitabitur sine eo quod moriatur. Cum autem pervenerit hileg ad locum mali absque fortune aspectu fuerit quousque aspiciente usque perfectione vel minore in latitudine remota ab itinere huius quousque non perimet natum sed solum ei iminet periculum. Neque in tali casu fortuna bonum eius non perimet natum sed solum ei iminet periculum licet permittat. Et ideo non dirigatur in hac parte quousque sine noticia latitudinis perficeret licet permittat. Et ideo non dirigatur in hac parte quousque sine noticia latitudinis planetarum atque stellarum fixarum. Per hoc enim sciatur in utrumque directo vadit quilibet planeta bonus vel malus per latitudinem in itinere circuli signorum huius rei scientia clara est ex apposicione tabularum stellarum fixarum latitudinum planetarum atque declinacionum. Cum vigesima scientia locum in nativitate quem debeat dirigi an aliquam habeat latitudinem similiter et declinacionem quod si fuerint ad partem unam iungantur similiter vel si fuerit diverse subtrahatur minor a maiori et quod inde remanserit quere in tabula declinacionum orbis signorum et gradus in linea numeri correspondens inventus viam quam pagrat talis planeta vel stella ostendit. Similiter fiat de reliquo significatore vel loco sive radiis interfectorum. Vel sciatur an in eodem parallello pergunt sive firmamento vel diverso. Porro interfectores sive infectores numero senario complectuntur [illegible] sunt duo sunt naturales scilicet saturnus et mars. Duo vero accidentales scilicet sol et mercurius [illegible] per quartum et oppositum aspectum et per quemlibet aspectum si impeditus [illegible] vel saturnus absque fortune radiis. Mercurius quoque per malum [illegible] absque [illegible] aspectu et duo locales scilicet 8 et quod inde dum pervenerit hileg ad aliquod istorum aut preciderit radios [illegible] eius [illegible] gradus applicaverit aut precisionis radiorum [illegible]

In eodem etiam cum eo fuit quia angelus ille similiter anno alkokaden pertinet nativitati illo anno Simili autem periculum tamen minatur Luna quippe secundum quosdam in 4to aspectu solis existens quando hyleg extiterit Similiter luna existens in opposito solis fueritque hyleg et perveniret ad ipsum interficit natum quia luna minatur ascendenti et ascendens ei propter suarum substantiarum diversitatem Ascendens ex substantia diei est atque caloris Luna vero in parte noctis est et frigiditatis gradus quod ascendens si ingreditur hyleg vel ☽ vel quicquid ad eum directum fuerit pertinet Similiter etiam cum mutatur profectio hyleg ex terminis malis in terminos malos interficit vel saltem timebitur de eo quamdiu fuit in termino illo Loca vero stellarum fixarum in firmamento ad que dum pervenerit locus vite de nato timendum sit sunt hec ad annum presentem videlicet 1246 completa in lineam medium verificata videlicet hic in sequenti figura — asigs

Capitulum sextum de scientia sanitatis nati et infirmitatis prosperitatis et infortunii temporibus suis ex directione gradus ascendentis:—

Stelle fixe	Longitudo s	g	m	Latitudo g	m		natura
Cornua arietis	0	28	13	7	2	S	♂
Caput algol	1	21	13	23	0	S	♂
Aldebaran	2	4	13	4	10	M	♂
Presepe	4	1	43	0	10	S	♂
Aures leonis	4	14	41	12	0	M	♂
Cor leonis	4	23	3	0	10	S	♂
Cor scorpionis	8	4	13	4	0		♂
Sagitta sagittarii	8	6	23	6	30	M	♃ ♂
Nubes super oculum	11	3	23	0	24	M	♂ ♃
Poplex gallice	11	3	22	63	24	S	♂ ♃
Humerus equi	11	23	21	3	0	S	♂

Amplius autem visum est convenientissimum quod dirigatur gradus ascendentis secundum modos terminorum ad malos et ad fortunas atque radios eorum quoniam si contigerit quod divisor sit malus fuit quia divisor in radiis malorum pronunciat in hoc angustias et malarum contingentiam infirmitatem quia corporis et corruptionem eius secundum qualitates naturarum malorum et fortium Si vero divisor fuit malus et radii fortune erit esse levius ut infirmitates cum salute aut paupertas cum temperantia Si autem divisor fuit fortuna similiter et radii eius eveniet nato bonum et salus in corpore atque divitie secundum statum et gradum suum et huius rei scientia est ut considerentur in cuius parte termini sit gradus ascendens in radice nativitatis deinde subtrahantur ascensiones gradus ascendentis de ascensionibus finis sui termini secundum circulum obliquum et gradus remanentes sunt gradus directionis Accipiatur igitur pro quolibet gradu annus unus et pro quinque gradibus quolibet minutis mensis unus et pro quolibet minuto sex dies et pro quolibet secundo due hore et 24 minuta Dicitur quod dominus termini illius dispositor annorum sive divisor quod apud arabes Algebuthar sonat Deinde subtrahantur ascensiones finis termini sequentis ab ascensionibus termini precedentis et remanent gradus directionis ut prius Eodem modo fiet de reliquis terminis usque ad finem vite Et si fuerit in eodem termino radius alicuius planete ille dicitur dominus radiorum in divisione Et quandocumque pervenerit directio ad corpus vel radios infortune nato infirmitas vel impedimentum in corpore suo secundum naturam illius infortune nisi benivoli respexerit illum locum Si autem fuerit utraque fortuna scilicet divisor et ad quem pervenit divisio erit vita eius in tranquillitate et prosperitate Cum autem pervenerit directio vel profectio ad aliquem gradum termini vel signum fuerit quod ibi aliquis planeta vel radii eius prope ipsum in eodem scire quod volumus quando pervenerit directio vel profectio ad ipsum sive ad radios eius multiplices gradus distantie inter eos per duodecim et sextam unius id est dabimus unicuique gradui duodecim dies et 4or horas tunc pervenient ~~directio anni~~ dies a principio anni usque ad tempus in quo pervenerit directio vel profectio ad planetam vel ad radios eius Quare autem cuilibet gradui datur duodecim dies et 4or hore ratio est quoniam hoc modo in fine anni complebitur unum signum cum si multiplicata fuerint 30 per 12 et sextam unius pervenient 364 dies qui sunt annus unus Similiter dominus radiorum si fuit ipse gradum divisoris sive fuit velocior sive tardior necesse est ut eat divisor per radios eius et ingreditur ei et cum pervenit ad radios vel corpus si fuit fortuna significat dilatationem vite acquisitionem atque profectum in substantia eius ex parte et in hiis que ad eum pertinent ex domibus celi causa substantie sui corporis et qualitate sue complexionis Si vero malus fuit significat occupationem et infirmitatem atque mortem ex substantia parte et in eis que ad eum pertinent ex domibus celi Ut si fuit dominus [illegible] ana ex substantia sua si fuerit dominus domus filiorum morientur unus ex [illegible] si fuit dominus domus regie impediet eum rex et Particeps vero seu [illegible] ille cui largitur divisor postquam transierit mutationem qui si fuit malus [illegible] si dominus radiorum preceptor et dominus anni et si fuerint omnes fortune significat directionem vite et continere [illegible] atque divitias [illegible] et fuerint tres mali et unus bonus erit plus malum quam bonum Et si equales

fuerint fortune et mali bona et mala erunt equalia Si vero tres boni et unus
malus erit plus boni quam mali Et cum hiis considerare signum profectionis quod si fu-
erint oppositum in radice ex signis in quibus erant corpora malorum vel quarti aspectus
vel oppositi in radice nativitatis auget malum et accellerat perdicionem Si vero fuerint ex
signis in quibus fuerint corpora fortunarum aut eorum radii et non aspexerint ipsum
mali erit annus eius salubris et profectus magnus Profecto quod in simili gradu est atque
initio sic signum ascendens dando cuilibet anno 30 gradus unum dominus signi illius dominus anni
dicitur, de terris aut amplius infra dicemus

Capitulum septimum de divisione que fridaria dicitur

[N]ativitatum consideratores persie et medie divisionem que fridaria dicitur valde
commendant dicentes notitias significationum que in nativitate signantur ab ipsa rectitudi-
nalis dependere, Fridaria namque planete nichil aliud est quam quedam annorum certa divisio
in qua planeta quilibet secundum proportionem suam natum disponit ad melius et ad peius
eorum que in radice nativitatis figurabantur Unde si nativitas fuit diurna prin-
cipium tunc fridariorum capimus a sole quem natus disponit secundum quantitatem fridarie eius
qui sunt decem Postea venus per octo deinde mercurius per 13 post hoc luna per novem
exinde saturnus per undecim, ♃ per duodecim, ♂ per 7 caput draconis per tres
cauda per duos horum summa est 75 annorum quos si transierit natus revertitur fri-
daria Si autem nativitas fuit nocturna tunc initium fridariorum est a luna que natum secundum
numerum annorum fridarie sue disponit deinde saturnus postea ♃ et postea ♂ ☉ ♀ ☿ deinde caput
et cauda draconis Deinde redit divisio ad lunam ut prius qui autem disposuerit pla-
neta fridariam suam participat cum ipso reliqui planete tempore scilicet cuius est fridaria di-
sponit primam septimam deinde planeta qui succedit regit secundam septimam post hunc
planeta tertius qui secundum sequitur regit tertiam septimam et sic consequenter donec red-
eatur ad illud planeta qui primum antecedit in ultima septima ut in tabulis infrascriptis

Cumque fuit nativitas diurna fuitque sol in bono loco et aspectu nutrietur puer in honore et ex bono
et si consonat etas quantitatem habebit cum potentibus et nobilibus terrepietatis bonum
ab eis, si autem fuit infortunatus erit secundum huius contrarium in tempore illo Et si fuit sol in coniunc-
tione vel aspectu ♃ vel veneris significat equalitatem eiusdem complexionis fortu-
nam et eius altitudinem in tempore in quo participaverint hii duo planete in fridaria solis
In secunda fridaria que est veneris si fuerit ipsa in radice nativitatis fortunata erit
dilectus et acceptus ab hominibus utriusque sexus si autem infortunata fuit a marte an-
gustiabitur et famabitur ex fornicatione in tempore participationis ♂ fridarie veneris
si autem infortunata fuit a saturno patietur a rebus et in interioribus in genere eius et
fortassis in aqua periclitabitur Et si fortunata fuit a ♃ proveniet lucrum et adquisicio
sube in coniunctione eius Si autem fuit ☿ in radice nativitatis cum ea prosperabitur et profi-
ciet in scienciis et in subtilibus que per nativitatem significabantur in genere eius Post hoc est
fridaria mercurii qui solus in prima eius septima dominatur et secundum quod bene vel male
se in nativitate habuit secundum hoc puero erit in fridaria eius natura Si in nativitate fuit
fortunatus a ♃ tota fridaria eius erit bona in honore lucro et plus in comple-
xione iovis sed in complexione saturni patietur a frigore et contrarius si in nativitate fuit ab eo infor-
tunatus in complexione autem ♂ vorum rixas et actus habebit eorum Sed in complexione
veneris et lune in rebus adherebit bene et male sibi exinde continget secundum quod in
nativitate se habuit, In complexione autem solis si in nativitate fortis fuerit ho-
norem et lucrum obtinebit si autem contrarium fuit timorem a magnatibus incurret Quarta
fridaria est lune que si infortunata fuerit in nativitate et in bono loco tota fridaria
erit cum honore et felicitate nisi in fridaria saturni Si autem infortunata fuit in
contrarium erit nisi fridaria solis et veneris Verumtamen in complexione ♄ magis angustiabitur
Quinta fridaria est saturni in hac erit onerosus et redarguetur atque stultus ab hominibus
reputatus In complexione Jovis erit ei bonum atque salus In complexione martis erit ei in-
firmitas atque totero et actus eorum et peius si in nativitate fuerit in opposito vel
quadrato ipsius Item ex complexione ♀ ex inter contrario et inde inquietabitur et [illegible]
[illegible] ei [illegible] obvient In complexione ☿ et lune infirmitas ei [illegible]
Fridaria sexta est Jovis in hac quidem honor lucrum salus et hone[illegible]
[illegible] fortunatus fuerit In complexione ♀ et ☉ [illegible]
[illegible] si in nativitate [illegible] patietur Sed in complexione ♄ et ☽ [illegible]
saturni et ♂ [illegible]
Septima est martis in illa erit [illegible]
[illegible] In complexione [illegible] in complexione [illegible]

☉ ♀ ☿ ☽ ♄ ♃ ♂

Et spiritu infirmabitur. Ffeudaria capitis draconis est trium annorum quod si fuerit in angulorum aliquo in nativitate bonum et honor erit in tota feudaria eius. Sin autem nil significat. Et feudaria caude est duorum annorum si in nativitate fuerit in angulo egritudinem atque malum significat. In nativitate vero nocturna a Luna computatur eo ordine qui ostensus est ut in tabula descripta

Capitulum octavum de declinatione animi ex aptitudine vel ineptitudine

[illegible] concordati sunt quod inclinationes naturales et mores animi nati a domino ascendentis radicis accipiuntur atque Mercurio qui rationem significat atque intellectum. Cum enim dominus ascendentis fuerit Sol et in bono loco extiterit liber a malis significat fecunditatem preceptorum sublimitatem principatum atque regnum. Et si fuerit impeditus atque cadens significat vilitatem animi pravitatem ingenii et sue diminutionem et velox ad stultitiae multitudinem. Et si Luna fuerit domina ascendentis fueritque in loco bono [illegible] libera a malis significat augmentationem nati pulcritudinem faciei membrorum integritatem et nutritionis complexionem. Et si fuerit in malo loco significat [illegible] nutritionis malam animi et feditatem carnis tristitiam faciei et anxietatem atque corporis maciem. Et si Saturnus fuerit dominus ascendentis fueritque in bono loco liber a malis signum est magne valitudinis atque [illegible] exaltationis et magnitudinis confidentie quod in consilio animi sui et non alterius. Et si fuerit in loco malo impeditus signum est modici animi et nullius intellectus erit quod sue cogitationis celator atque detector. Et si Jupiter fuerit dominus ascendentis in bono loco liber a malis significat principatum animique nobilitatem atque subtilitatem. Si vero fuerit in loco malo erit natus [illegible] adulator detractor et mendax. Si autem Mars fuerit dominus ascendentis fueritque in loco bono liber a malis significat audaciam regnum et ducatum exercitum et famam in bellis et in domibus regum. Et si fuerit in loco malo impeditus erit natus pusillanimis timidus et formidolosus et male suspicionis et dolosus. Et si Venus fuerit domina ascendentis et in loco bono libera a malis erit signum magne pulcritudinis atque dilectionis atque alacritatis. Et si fuerit in malo loco impedita erit signum difformitatis et muliebris impudicicie et [illegible]. Et si fuerit Mercurius dominus ascendentis in bono loco liber a malis erit signum magne facundie atque formositatis eritque scriba atque philosophus regis que consiliarius. Et si cum hoc fuerit Mercurius in signis mobilibus significat subtilitatem clarum intellectum pulcritudinem amorem feminarum divinumque timorem. Et si fuerit in signis [illegible] signum est modici intellectus [illegible] quoque et inconstancie [illegible] super rem unam. Et si fuerit in signis fixis significat prudentiam et [illegible] quod opera sua [illegible] atque [illegible] et non pusillanimitatem. Et si fuerit [illegible] et occidentalis in angulis vel succedentibus significat [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Subtilitatis ingenii et multitudinis silencii investigacionis quam sciencia subtilium et turpitudinis inceste Et si fuerit ☿ cum ♃ vel ei applicatus erit natus discretus inquisitor scriba et regis consiliarius Et si fuerit cum ♂ vel ei applicatus erit mendax velox et falsus Et si fuerit cum sole significat commixtionem cum regibus principibus atque scribis Et si fuerit cum venere vel ei applicatus erit amator omnis sciencie et causidicus Preterea quando in natalicio alicuius fuerit stella fortis tunc opus illius in illo apparebit et cito atque ingeniose discet Unde dicit ptholomeus in centiloquio cum ille cui rei significator fortis in cuius natiuitate ut ♀ in ordine amorem in ♉ tauro in omnibus coitus Et idem in coniunctione lune cum planetis in natiuitatibus efficit natum aptum ad hoc quod ipsi significant Et si fuerint fortes in semetipsis et in locis aptis excellet natus in re illa et si debiles minus Mercurius in domibus saturni precipue in capricorno fortis in semetipso tribuit nato bonitatem ingenii In domibus martis acuitatem ingenii cum stulticia et precipue in ♈ quando in natiuitate maliuoli habuerint dominium in ascendente natiuitatis delectabitur natus in saporibus horribilibus et odoribus et plus cupit ancillas quam domicellas Omnis natiuitas cuius significatores non fuerint in signis humanis domus eius diligit plus solitudinem quam conuersacionem Cum fuerit ♂ in duodecima habuitque significatorem forte in ascendente erit natus infidelis domino suo Venus habens fortitudinem in septima et copulatus saturno erit natus immunde libidinis Simile cum ♂ sepius est quod quis nascitur sub fancie signi in qua nascitur aliquis plus diligit ex ipsis ymaginibus In natiuitatibus mulierum si fuerit ascendens aliqua domorum ♀ et martis in ea vel aliqua ex domibus ♂ et venus in ea erit mulier inpudica Idem erit si capricornum habuerit in ascendente In radice natiuitatis mercurius in domo ♂ erit male suspicionis et festinus in suis negociis Si vero in domo saturni erit magni intellectus longe quam cognicionis phisicus Perfectus erit medicus cum mars et venus fuerint in sexto Bonus erit cantor cum ☿ retrogradus fuerit cum venere in eodem signo marte occidentali existente in signo cancri non aspiciente saturno et ioue erit natus flebothomator eodem se habente in capricorno erit natus corruptor hominum effusionis quam sanguinis amator Si comparetur ☿ veneri hic quidem omnes sciencias et virtutes et disciplinas illa vero delectaciones et voluptates amplectere Si Iupiter marti opponitur tunc hic vult impietatem et crudelitatem ille vero iniquitatem et veritatem Iupiter in ♋ remotus ab ascendente et sic ab aliquo impeditus erit natus solus in scienciis valde peritus diliget tamen solitariam vitam nec de sciencia sua habet aliquam laudem Mercurius in ♓ in gradu puteis sordidos et egenos reddit natos In domibus vero saturni in gradu puteis rigidos facit et odiosos Ascendens cum fuerit bonum esse et dominus eius mali sanitatem quidem corporis significat sed anxietatem animi et tristiciam facit Si vero econtrario diffinias Ascendens namque et Luna corpus significat mercurius vero et dominus ascendentis spiritum et intellectum Sol quidem est origo virtutis vitalis Luna virtutis naturalis Saturnus retentiue ♃ vegetatiue et nutritiue ♂ irascibilis et digestiue sed ♀ voluntarie et appetitiue ☿ memorialis et discretiue quapropter ♀ ♂ ☿ erunt fautores morum in natiuitate et inclinatores naturalis similitudine eorum in semetipsis atque locis Amplius secundo locum Lune in circulo et coniunctione eius cum planetis que si fuerit in domo veneris iuncta vel applicata ei diliget natus ludum gaudium et delectaciones In domo ♃ iuncta vel applicata ei significat magnam humilitatem conuersacionem cum ~~hominibus~~ regibus et erit fortunatus et ab hominibus laudatus In domo ♂ iuncta ei vel applicata erit audax amator rixe et belli et erit homo amator laboris et peregrinacionis et coniunxerit se bellicosis et erit fortunatus cum eis In domo ☿ iuncta vel applicata ei erit natus callidus et ingeniosus sapiens in contractibus et consequitur fortunam ex ipsis et bonum In domo saturni iuncta ei vel applicata erit natus fugiens complexionis tristis [illegible] et habens amicitiam vincendi de aqsicionis nisi fuerit per occidentalis [illegible] hereditatum [illegible] et magnorum [illegible] ciuitatem et vite [illegible] multitudinem [illegible] eius Si vero fuerit ei applicata ex aspectu bono tunc natus [illegible]

♂ in ♍ medicus
♀ ☿ R ♂ cantor

et alijs hominibus et hoc quod de domo domini dixi hoc etiam de domino exaltationis et si
dicat tibi ptholomeus secundum naturam originis vitam quoque et actus et passiones eius antequam iudicium
pones de illo etc.

Capitulum nonum de modis conscendendi dignitates ac potestates ad quas possibile est ipsum natum pertingere

Altitudines atque dignitates ad quas ipsum natum pertingere est possibile. Labores nec
non miserie ad quas contingit eum descendere ex quatuor nativitatum
speciebus cognoscuntur, quia ut ait ptholomeus quidam de magno genere et potestate
nascuntur et in potestate perseverant, quidam nascuntur ex vilibus et humilibus
et in labore atque in erumpna permanebunt, quidam ex humilibus nascuntur
et postea ad dignitates altas et divitias maximas pertingunt Alij vero primo
potentes sunt et regales deinde ad paupertates et labores descendunt, qui
vero ex principatu nascuntur et in regno perseverant hij sunt in quorum nativitate dominus
ascendentis et luna fuerint in angulis et utrique iungentur planetis in angulis
existentibus vel dominis angulorum vel fuerit ipse receptus in angulo talis enim natus ex
potestate natus in ea permanebit Si autem fuerit luna et dominus ascendentis cadentes
et iuncti planetis cadentibus et ipsi fuerint domini locorum cadentium et natus liber
et laboriosus ex filijs desertorum permanebitque in erumna et labore suo. Si
vero fuerit dominus ascendentis et [illegible] nocturno ☉ et dominus angulorum in angulis fuerint quoque
coniuncti planetis cadentibus et recedentibus praeterquam malis et ipsi mali fuerint domini
domorum cadentium erit natus magne potentie in principio, deinde cadet ab eo
potentia sua et aufertur ab eo regnum suum et perveniet ad laborem aut paupertatem
et quod eorum rapiatur et in servitutem redigentur. Si vero dominus ascendentis luna atque
☉ fuerint cadentes atque in descensionibus adiuncti quoque fuerint fortunis in angulis
aut malis qui eos temperent et ipsi fuerint domini angulorum tunc natus ex statu vili
et paupertate sublevabitur ad divitias maximas et honorem Putaverunt etiam uni-
versi quod cum mutatur luna a suo cursu medio ad cursum suum maiorem. erit natus
nobilis et dives Et cum transfertur ex cursu suo maiori ad medium erit natus me-
diocris infra nobiles Cum vero mutatur ex cursu suo medio ad cursum suum minorem
erit natus infortunatus et esse mali. Dixitque abohaly sapientesque reliqui
Si in gradu ascendentis fuerit aliqua de stellis fixis luciosis que sunt de magnitudine prima vel
fuerint iuncte gradui medij celi vel alicui luminarium et precipue soli in nativitate diurna
vel lune in nativitate nocturna significat principatum Et si iuncte fuerint ex istis due vel
tres duobus locis ex istis et natus ex genere regnum significat regnum altissimum
et si non fuerit de genere regio erit mandatum eius sicut regis mandatum sub eo erit quoque
potens super dispositionem vulgi et consequitur fortitudinem et altitudinem maximam
Unde dicit ptholomeus quod stelle fixe dant dona immensa et ex paupertate sublevant ad
sublimitatem quod non faciunt septem planete, sed multotiens finiunt in malum nisi
fortune aspexerint eas Etsi essent omnes planete cadentes et infortunati, esset
quoque in gradu alicuius angulorum aliqua stella de magnitudine prima vel cum luminari magna
est auctoritas et maxime si parva ab orbe signorum habuerit latitudinem
pertinget natus ad honorem ad quem nullus de genere suo potuit devenire Etsi fuerit
☉ in nativitatibus diurnis in exaltatione sua et luna in nativitate nocturna in exalta-
tione sua vel in medio celi vel in ascendente fueritque ascendens signum regni et
dominus ascendentis in ascendente vel medio celi significat natum regem si fuerit de
genere regum vel si ex stirpe regia non sit natus perveniet ad dignitatem in qua
disponet res eorum Luminaria vero cum fuerint applicata domino ascendentis fueritque ipse
in exaltatione sua orientalis et in angulis fit natus regum vel talium qui ad eorum
dignitatem perveniet Et cum dominus medij celi applicuerit domino ascendentis et ambo
fuerint orientales in angulis et exaltationibus suis significant regnum vel saltem
[illegible] ipsorum Cum autem omnes planete applicuerint se ♃ et ipse fuerit
in medio [illegible] orientalis et exaltatus in exaltatione sua significat regnum. Hoc [illegible]
significat [illegible] planete cum fuerint in medio celi et in exaltationibus suis orientales
[illegible] sol in medio celi receptus et luna in [illegible] aspectu eius regnum
significat [illegible] ascendentis [illegible] qui applicuerit se domino ascendentis

vel fuit domus ascendentis in ascendente vel in medio celi orientalis regnum
significat Dixit quoque ptholomeus quod in hac re planetarum dustorie diurnorum in die a sole
et nocturnorum in nocte a luna sunt enim contrarie Dustoria enim planetarum dicitur se
cretas vel dextraco sive hayz hoc est cum fuerit orientalis a sole in domo vel
exaltacione sua et locus fuit angulus aspexerint quoque se invicem erit natus rex
vel princeps regi similis et si fuerint in domibus vel exaltacionibus suis non
in angulis erit natus ex mediocribus hominibus bone continencie honorabilis inter
suos Si vero non fuerit planetarum dustrie ex planetis superioribus vel hayz erit natus
vilis et nullius memorie et ignotus in ordine suo Preterea cum domus ascendentis
fuit dexter solis habuit quoque dustria planetas orientales ab eo erit amicus regum
et potentum dives et magnanimus firmatus apud regem et quorum mandata proterciat
sunt in quorum nativitate 4 et luna fuerint in eodem gradu ascendunt quoque auge suam
Cui vigere et posse maximum est cum sol in medio celi cum saturno fuerit in
signo masculino orientali In cuius nativitate fuit sol in leone vel in gradu ascendentis
vel luna in tauro et in ascendente ad magnum perveniet statum et exaltacionem
Dixit quoque hermes cum fuit qualis luna cum in corde sue exaltacionis et in dominio
suo liberum ab infortunis erit natus rex seculi et semen eius hereditabit
terram ipsius possidebit quoque eam tempore suo unquam fuit ascendens alicuius nativitatis
et medii celi ——— liberum ab infortunis fuit quoque signum mobile
aries vel cancer et gradus qui fuit super lineam fuit gradus exaltacionis solis vel
4 expandetur nomen eius per universam terram et divulgabitur eius fama multum
potens erit cum sol in medio celi fuit in signo igneo et luna in trino aspectu
eius sinistro Cum fuit domus ascendentis in bono loco et in trinis fortunarum
fuit quoque domus bene bono colligatus dant probitatem regnum et omne bonum In cuius
cuiusque nativitate fuit 4 receptor fortunarum omnium planetarum et tempore concedat omnes fortitu-
dines suas saturno fuit quoque receptus ab eo utrisque melius in angulo erit natus
magnus et potens in seculo nocturno et boni esse viget quoque nomen suum in orbe Cum
4 fuit in ascendente directus absque malorum aspectu dabit fortitudinem et regnum
in quo nulla fiat iniusticia Mars cum fuit domus ascendentis prebet nato dignitatem
atque potenciam quibus ad iniuriam et crudelitatem utetur hoc enim infortunium potius
dicitur quam fortuna Si fuit signum medii celi igneum et maxime ♌ ut ♈ et ☉
in eo fuit per se regni ibidem et aspectus fortunarum natus sine dubio rex erit
si regno dignus sit ut supra ostendimus

Capitulum decimum de sciencia prosperitate atque fortune nati

Nati prosperitas atque fortuna ex veterum auctoritate tribus modis cognoscitur
videlicet ex dominis triplicitatis luminaris cuius fuit auctoritas et dominis triplicitatis
ascendentis nativitatis et dominis eius ex parte fortune et eius loco Cum domus
triplicitatis luminaris cuius fuit auctoritas primus significat inicium vite secundum mediam
etatem tercius senectutem Ideo si omnes tres fuerint in angulis liberi ab impe
dimentis et malis significat prosperitatem et fortunam nati omnibus diebus vite sue
semper aut si fuerint in dignitatibus suis et quanto fuerint angulo propinquiores tanto
forcius erit Si autem omnes in succedentibus fuerint mediocritatem fortune significat In
cadentibus autem omnibus existentibus erit miser et pauper omnibus diebus eius et in labo
re et mendicitate lucrabitur panem suum victum ipsis cadentibus si iungantur planetis
in angulis existentibus vel dominis angulorum existentibus in domibus vel exalta
cionibus suis significat prosperitatem post laborem Idem dico de dominis triplicitatis luminaris
cuius fuerit auctoritas Si autem primus fuit in bono loco et esse ut supra diximus
reliqui vero duo in cadentibus erit prima pars vite fortunata et prospera relique
vero due misere et pauperes atque cetera Nam horum trium qualiscumque fuit melioris esse
etas illa melior erit Et si aliquis horum trium fuit in duodecima domo ab as
cendente aut parte fortune aut a sole in nativitatibus diurnis aut luna in
nativitatibus nocturnis significat casum et defectum fortune et maxime si nullam
habuerint dignitatem in loco in quo fuerint Similiter quoque de dominis [illegible]
est dicendum quorum primus est principium vite secundus mediam etatem et tercius finem vite [illegible]
fuit in domo vel exaltacione sua in angulis vel succedentibus aspectibus fortunis liberi

a malis et impedimentis significat bonum esse nati in illo tempore vite sue et
extra sit et de domini triplicitatis medii celi testificandum est. Cum si omnes apti
fuerint maior erit significatio super bonum quam malum et econverso. Similiter aspice dominum
ascendentis et locum eius in circulo qui si fuerit in angulis et in fortitudine sua
dat prosperitatem post laborem. Et si fuerit in ascendente significat honorem et lucrum eius
inter consanguineos et propinquos. In secundo erit destructor substantie nisi fuerit receptus
quia tunc lucrabitur et proficiet. Dicit enim hymes quod omnis nativitas di-
urna confortatur per solem si benivole testificatur ei vel configurantur. Et
nativitas nocturna per lunam si fortune respexerint eam. Et si hoc non fuerit
erunt tamen boni planete in angulis et sic fortunata erit nativitas. Tunc
fuerit prosperitates inesse quando dominus triplicitatis luminaris cuius fuerit auctoritas in
angulis vel succedentibus in locis propriis et aspectibus malorum remotis. Et si dominus
ascendentis fuerit bonum esse magis erit bonum. Et cum fuerint infortune in 4ta
domo in gradu eius in eodem termino erit natus vel valde infortunatus vel miser.
Cum fuerint luminaria in uno gradu et fuerit fortuna in ascendente vel cum
fuerint in oppositione fueritque fortuna in septima erit natus fortunatus. Post hoc
aspice partem fortune que si fuerit in angulis significat magnitudinem fortune. In
succedentibus mediocritatem. In cadentibus vero laborem et egestatem. Et si in angulo extiterit
aspectum habuerit bonorum et malorum erit mediocris prosperitatis. Si autem luminare aucto-
ritatis ipsam partem aspexerit significabit excellentiam prosperitatis similiter casum fortune
et detrimentum. Si vero pars ipsa fortune fuerit sub radiis solis et dominus eius in loco
pessimo et dominus sive dominus non aspexerit ascendens erit natus laboriosus et
pauper. Si autem pars fortune et dominus domus eius liberi fuerint a malis orienta-
les et in angulis fortuna inseparabile et maxima fit. Amplius autem fortune in
angulis et mali cadentes vel luminaria in bono esse vel dominus ascendentis et luna
in angulis liberi a malis vel iuncti planetis in angulis existentibus vel dominus
ascendentis applicatus luminaribus et fuerit ipse in domo vel exaltatione sua prospe-
ritatem significat et fortunam maximam. Si vero contrarium fuerit contrarium diffinies. Luna
inter duos malos obsessa vel radios eorum vel si alkocoden in malo loco fuerit
et malis applicatus declinationem fortune et casum significat. Et si fuerint mali
in angulis et fortune in succedentibus significat laborem in principio vite et fortunam
in fine. Luminare auctoritatis separatum a malis et iunctum bonis felicitatem post la-
borem significat. Iupiter soli applicatus vel parsfortune (fortuna) ascendens respiciens vel ipsa
in angulo aucta lumine et numero multitudinem substantie significat. Fortune in secunda si-
gnificant acquisitionem substantie bono modo et honesto. Sed mali ibidem acquisitionem cum do-
lositate similiter. Nunquam erit pauper vel inops cuius nativitatis dominus erit iupiter. Non
congregabit pecuniam vel thesaurizabit cuius dominus 4ti et ascendentis idem fuerit. Hic nec
lucrabitur divitias nec splendide vivet cuius dominus ascendentis et decime fuerit idem.
Cuius divitie superabundant magnique nominis sunt quibus dominus 2i fuerit in exalta-
tione sua vel in domo veniens ad dominum ascendentis maxime autem si fuerit iupiter.
Planete qui magnas tribuunt divitias sunt tres ♃ ☉ ☿ et hec sunt similitudines
quas probaverunt antiqui in prosperitate atque labore. Deinde aspicienda est causa fortune
et prosperitatis a parte fortune que si fuerit in exaltatione solis erit fortuna in commixtione
regum et principum. Si fuerit in exaltatione Iovis erit fortuna eius ex commixtione nobi-
lium et magnorum hominum atque religiosorum. In exaltatione martis ex commixtione ducum et
bellatorum. In exaltatione veneris ex commixtione nobilium mulierum et hominum effe-
minatorum. In exaltatione ☿ ex sapientibus et testibus legalium. Et si fuerit in exalta-
tione saturni erit eius fortuna ex commixtione servorum et ancillarum atque hominum senum.
Similiter dicendum est de domo in qua fuerit parsfortune et maxime si aspexerit eam
dominus domus eius. Modus autem acquisitionis substantie sumitur ex domo secunda ab ascen-
dente et domino eius quando si fuerint in ipsa fortune vel eam aspexerint et ma-
li absentes ab ea et dominus eius in loco circuli bono et a sole significat fortunam
nati in substantia et econverso. Et si dominus 2i applicuerit se domino ascendentis inveniet
[illegible] labore aut autem fortius est ex angulis et minus ex succedentibus. Si vero
[illegible] et applicatio fuerit dominus [illegible] in angulis vel succedentibus liber a
malis et [illegible] luna erit natus mediocris in substantia. Si vero cadens fuerit gravibus

erit ei in acquisicion vincendi Si aut fuit domus scdi in ascendente acquiret pecu
nia sine sollicitudine et labore in scda erit eius victus ex re nota nil qz lucrabr
In tercia malum esse fratrum et luctum ab eis In 4ta bonum esse prm et populacioz
domus in qua natus e In qnta luctum ab amicis z filys in sexta fuga servorum et
amissione animalium incurrit In septima acquisicioz rerum iniuste et de pse eorunde
in mulieribus et contencionibus portendit In octaua acquiret lucrum ex substancys
mortuorum neqz curabit qualiter lucrabitur neqz quantum expendet In nona erit acquisi
cio ex causis itinerum atqz religionis In decima consequitur substanciam a rege In
undecima ex amicis negociacionibus atqz comodacionibus atqz messibus. Et si
fuit domus scdi in duodecima lucrabitur pecuniam ab inimicis et ex maleficio
et verecundabili ope erit qz raptor et latro Preterea sol in natiuitatibus in scda
nichil boni confert ut quidem dicunt quia lune plurarum abscindit neqz mars qui
defectum substancie significat neqz saturnus qui paupertatem tribuit Tempus autem
fortune vel acquisicionis aut laboris iam patefecimus scdm qz dni triplicitatum locorum
vel luminarium principium medium vel finem vite significant vt supra dictum est Scito itaqz
qz planeta signans fortunam si fuit super terram significat fortunam in principio vite
sub terra vero in fine vite Sicias etiam applicacioz de quo loco e quia ascendens
et scda sunt principium vite decima vero et undecima iuuentute Septima et
octaua media etate qrta vero et qnta domus decrepitam etate Pars etiam
fortune initium vite sunt sz domus eius finem vite insinuat Quicumqz ergo significatorz
duorum modorum fuit melioris esse nato melius in suo tempore tribuit fortunam et labore
per stellas illud signantes sciatis per distanciam gradum et introitum inter eos Etiam dirigatur
pars fortune ad corpora fortunarum et ad radios eorum. nam cum applicata fuit Iovi vel
veneri significat fortunam in tempore illo Dum vero marti vel saturno applicuit amis
sionem substancie in tempore illo significabit

Capitulum undecimum de sciencia numeri fratrum nati et eorum esse erga ipsum

numerus fratrum nati et mensura eorum erga ipsum ex domo tercia ab ascendente
et parte fratrum recte prenosticatur Imprimis igitur aspiciendum e ad domos tri
plicitatis domus fratrum qz si omes fuerint in signo ascendente tunc natus erit
primo genitus sue matris in medio celi vel angulo terre si fuerint omes erit primus
vel qrtus filius In septimo e primus vel septimus Si vero fuerint extra angulos in
decima et ascendens fuerint qz fortune sunt eum fratres habere viuos si mali fratres habuit
sed mortui sunt Sed si nullus ibi fuit primogenitus erit Deinde ab ascendente ad
4tum si fuerint planete fortune pariet post eum mater sua filios longeuos Si mali ab
orciet vel saltem erunt parue vite et nullus ibidem nullus perueniet post eum domus que
domus fratrum in ascendente vel septima unicus erit vel primogenitus In medio celi fortune
ante se habuit In septimo si fuit fratrem post se habet Separacio enim lune a sole vel sa
turno fratrem ante se habere designatur Et si fuit domus triplicitatis in signo multorum
filiorum et domus sua in simili similitudine fratrum significabit et extra Signum
etiam unum si fuit signum que et domus eius in simili fratres eius ex parte tm vel de
matre solum habere significabit Similiter si fuit signum ascendens ex bicorporeis signis
et luna similiter in eis multitudinem fratrum et sororum ex parte prouenerunt tamen osten
dit Sed si fuit mars et domus domus signi eius in signis multorum filiorum et
domus eius orientalis a sole multitudinis significat precipue si non fuit or vel
sagittarius ascendens nec luna in eisdem Mars etiam intrans combustionem
paucitatem fratrum significat. Similiter si fuerint dni triplicitatis ascendentis cadentes
vel in signis paucorum filiorum paucitatis fratrum signum e Post hoc consideretur
domus tercia et eius dominus quia si ibi fuerint fortune vel eas aspexerint fe
licitatem fratrum ad eorum fortunam et prosperitatem ostendunt et econtra Scito qz sol
et saturnus significat fratres maiores Iupiter et mars et mediocres mercurius vero minores
Sed luna sorores et venus minores quapropter quicumqz istorum fuit impeditus signifi
cat destructioz et mortem et econtra Separacio lune a saturno existente in angulo na
tiuitatis diurne vel a marte natiuitatis nocturne destructioz fratrum primum vel [illegible]
significat Sed separacio lune a planeta existente in domo vel in exaltacione sua
sublimitatem fratrum antecedentium significat Sed applicacio eius cum [illegible] in hac
similitudine felicitatem fratrum succedentium insinuat Scimus etiam qz domini triplicitatis
domus fratrum primus significat fratres maiores Secundus mediocres tercius minores quicumqz

aut horum fuit in exaltacione aut domo sua in bono loco circuli et a sole illorum felicitatem
et exaltacionem significat quorum est significator et cetera. Idem eciam intelligendum est de matre
et domus triplicitatis eius domus. Applicacio quoque domini huius in planetis existentibus in exal
tacionibus suis vel domo conmixtorum eius statum in principibus et nobilibus et bonum
ab eis denunciat. Applicatus aut planete cadenti in descensione sua vel detrimento con
versacionem eius in vilibus hominibus ostendit. Dominus huius si fuit fortuna et fortunis
applicatus bonitatem fratrum suorum designat et cetera. Sed comparacio nati ad fratres suos
an erit maioris valitudinis quam ipsi vel extra sunt ex dominis triplicitatis domus
fratrum. Nam quis illorum fuit in meliori loco circuli et fortitudine ipse dignior
erit. Comparacio eciam fratrum inter fratres suos ex hiis que superdiximus quoniam ☉ et ♄ signi-
ficant fratres maiores Jupiter et mars mediocres et ☿ minores Luna aut sorores
maiores venus minores quicunque horum dignior fuit illi quos significat validiores
erunt. Preterea caput in tercia significat quod natus est deterior fratribus suis. Sed cau
da ibidem contrarium huius significat. Amicicia et guerrera in fratribus suis sciuntur
ex domino ascendentis in domo huius qui si coniunctus fuerit vel de trino vel sextili
se respexerint amiciciam significat. Si vero ex quarto mediocritatem. Sed o-
dy gravitatem significat. Idem intellige de aspectibus domini domus fratrum ad
dominum ipsa. Et pars eciam fratrum in parte fortune discordiam et inimiciciam fratrum signifi
cat. Et si dominus domus fratrum invicem fuit fortunis vel aspectibus eorum durabilitatem
fratrum et gaudium eorum ad invicem monstrat. Maior aut guerrera aut ~~discordia~~ con
cordia que inter fratres contingere potest vel sorores ut sunt luminaria in eorum nativita
tibus conmutata vel utrumque in eisdem locis inveniatur vel quod eorum ascendencium
in amicabili sint aspectu signum aut obediencie erit minoris maioris imperans vero
super illud appetit dominari.

Capitulum duodecimum de habitudine parentum nati et ceterum eorum erga ipsum

Proportat in rebus parentum quatuor loca principaliter considerare videlicet quarta domum et
dominum eius. Pridem parte patris et dominum domus eius. Solem quoque in die et
Saturnum in nocte et almuten super hec loca ex hiis namque mensuram patris cognoscimus
et eius ex maioribus filiis nativitate aliquando significatores patris in esse patris ex na-
tivitate primogeniti significacio forcior adoretur. Si ergo in domo quarta fuerit for
tune et fuerint significatores patris in angulis vel succedentibus prosperitatem patris et
bonum esse eius significat et cetera. Et si in nativitate diurna fuit sol in bono loco
et fortis dominus vero triplicitatis fuerint in debilitate et cadentes bonum esse in
tempore patris nativitatis significat. Sed malum ei in futuris denunciat. Si aut econtrario fuerit ut
videlicet sol in malo loco et dominus triplicitatis in bono fortuna conmutat. Idem erit eciam
Saturnus in nocte. Sol enim et Saturnus significant causas patrum in principio ut et domini
triplicitatis eorum in futurum. Pars quidem patris et dominus eius si fuerint in locis
cadentibus ab ascendente malum esse patris indicat et econtrario. Et ipsa pars dignitatem
secundum proporcionem ad bonos et malos ad cognoscendum incolumitatem patris et egritudinem
eius. Amplius aut inspice si fuit in quarta aut ipsa respexit exaltacionem patris
et bona fortuna significat. Sed si fuit in ea venus vel luna vel eam aspexerint
fortunam et bonitatem matris significat. Si aut ibidem fuerit infortune vel eam ex
quarto vel opposito respexerint casum et infirmitatem utriusque parentis significant.
Et si signum illud fuerit exaltacio solis vel domus solis cadet illud malum
super patrem. Si aut fuit exaltacio aut domus veneris aut lune cadet super
matrem. Luminaria eciam in signis mobilibus diversitatem parentum esse significant.
Et in nativitate diurna si fuerint planete diurni in dextera solis bonitatem patris
dicunt. Et planete nocturni in nativitate nocturna in dextera lune valitudinem matris indicant.
Contra eciam quod signum quartum significat causas patrum signum aut puerorum causas
matrum. Ideoque si fuit nativitas diurnalis et aspexerint fortune
locum ipsum fuerintque mali cadentes ab eo bonum esse patris et exaltacionem [illegible]
[illegible] eadem de rebus matris dico si fuit nativitas nocturnalis et aspexerint
[illegible] fortune vel mali et si boni et mali [illegible] respexerit me-
diocritatem rei ostendit. In rebus vero matris singulariter signum [illegible] et domus
eius [illegible] et venus [illegible] et dominus eius et almuten super hec loca significatores
[illegible] ubi in re patrum expositum est [illegible] omnia [illegible]

Precipit aut Dorotheus in nativitatibus filiorum sumere hyleg ex quatuor locis et alkokoden et augmentacionem et diminucionem annorum eius et partem patris inspice et dirige ipsam ad corpora malorum et radios ipsorum sic in nativitate filii conspice tu et ipse eum hunc modum sequere in nativitatibus diurnis incipit a sole et si fuerit in angulis vel succedentibus et aspexerit eum aliquis planeta cuiusque dignitatum ipse erit hyleg. Si ipse non fuerit aspiciat saturnum similiter et planeta aspiciens ipsum erit alkokoden et si non fuerit saturnus aptus ut diximus aspiciendum est partem patrum quia si fuerit in angulis vel succedentibus et aspexerit aliquis dominorum cuiusque dignitatum eius pars patrum erit hyleg quam per dirigimus et planeta dignitatis aspiciens erit alkokoden et si non fuerit pars patrum apta hyleg tunc si aspexerit gradus 4te domus aliquis cuiusque dignitatum ipse gradus erit hyleg et planeta dignitatis aspiciens erit alkokoden In nativitate vero nocturna incipiendum est a saturno deinde a sole postea a parte patris ultimo vero a quarta domo In rebus vero matris in nativitatibus diurnis incipiendum est a venere deinde a luna postea a parte matris ultimo a gradu decime domus Sed in nocte primo incipiemus a luna deinde a venere postea a parte matris et ultimo a gradu medii celi per eundem modum quem de patre ostendimus et quicumque horum fuerit dignior ipse erit hyleg qui dirigatur in rebus matris et planeta dignitatis aspiciens erit alkokoden matris per quem cognoscemus quantitatem vite matris Ceterum aut in nativitatibus diurnis dirigimus solem secundum gradus ascensionum dando cuilibet anno gradum unum Si vero non aspexerit ascendens dirigimus saturnum per eundem modum Et si non aspexerit saturnus ascendens per eandem similitudinem gradus 4te domus dirigimus In nativitatibus aut nocturnis incipiendum est a saturno deinde a sole postea a 4ta domo ut dictum est Deinde aspiciamus annos huiusmodi ex directionibus provenientes qui si fuerint similes annis alkokoden patris quia in nativitate filii extraneus vel pater morietur pater eius in eodem anno si aut dissimiles periculum solum erit Sed et in rebus matris per modum similem operamur quia si fuerit nativitas diurna incipiendum est a venere que si aspexerit ascendens dirigimus ipsam per gradus ascensionum ad radios et corpora malorum vincunque gradum unum anno. Et si non aspexerit venus ascendens dirigimus lunam per eundem modum si aspexerit ascendens Et si nec ipsa ascendens aspexerit dirigimus tunc gradum decime domus In nativitatibus vero nocturnis incipiemus a luna deinde a venere ultimo a decima domo et si fuerint anni directionis similes annis alkokoden matris quod in nativitate filii extraneus mater sua in eodem anno morietur Si vero dissimiles periculum eveniet ei Dilectio atque concordia filii cum parentibus sumitur ex concordia almubtez super dominum patris et super ascendens Et discordia eorum si enim discordes fuerint significat odium et inimiciam inter eos et forte non erit filius suus Et si dominus ascendentis impedierit dominum 4te domus filius fortassis interficiet patrem Si aut sol in nativitatibus diurnis vel saturnus in nativitatibus nocturnis et pars patris similiter aspexerint ascendens ut dominum eius ex quarto vel opposito odium erit inter patrem et filium et cetera Dixerunt etiam sapientes quidam quod dominus domus patrum si non aspexerit dominum domus filiorum nec sol dominum domus sue nec dominus partis patris non erit natus filius patris illius Si vero unus illorum aspexerit legitimus erit Dixit quoque dorotheus quod celeritas mortis parentum cognoscitur ex celeritate introitus significatoris patris et matris sub terra postquam enim decadet unus eorum postquam sub terram introierit Vel si pars fortune in signo masculino fuerit impedita fuerit pater prius decadet si aut fuerit impedita in signo feminino mater prius decadet secundum quod etiam altissimo placuerit

Capitulum 12 de scientia desponsacionis nati in tempore suo necnon de tempore et modo filiorum eius

Desponsacionem nati dicunt auctores considerandam esse ex signo 7° et domino eius atque planetis existentibus in eis ex quo quidem et 3 et parte coniugii et domino eius qui si fuerint liberi a malis et quemcumque sive aspectum habuerint ad ascendens ut dominum eius inhibet natum iuvenem iungi si aut eius gradus fuerit quartum ascendit et scito quod venus significat desponsacionem vero triplicitas eius causas et finem ipsius Ideoque si venus fuerit in bono esse et dominus triplicitatis eius in malo desponsacio erit bona primum vero malus et venus quoque in signo mobili et praecipue in eo ut cum parva stabilitate super una aut coniugii et dominus eius si fuerint in angulis vel succedentibus libera mala et

[margin:] amor parentum erga filios

et inde fortunis desponsacionem mulierum optimarum et pulchrarum sit significat. Cadentes vero et impediti et sine fortunarum coniunctione aut aspectu copulacionem cum diffamatis mulieribus ostendit. Pars vero coniugii virorum de qua loquitur secundum hermetem accipitur in die ac nocte a luna in venerem et proicitur ab ascendente. Pars vero coniugii mulierum secundum eum accipitur de die ac nocte a saturno in venerem et proicitur ab ascendente. Et si venus fuerit in domo iovis nobiles mulieres desponsabit. In domo saturni fedas antiquas. In domo mercurii iuvenes vel ancillas. Si autem fuerit venus in domo vel exaltacione sua significat desponsacionem mulierum propinquarum et consanguinearum. Pars autem coniugii si fuerit in tercia vel in quinta uxor sorori sue vel filie, si fuerit in 4to in signo fixo sic unam adherebit. Si autem fuerit pars coniugii in eodem signo cum infortuna ipsam infortunante et luna in [illegible] fortasse avunculam vel matris sororem desponsabit. Tempus autem desponsacionis secundum dorothenum cognoscitur in hunc modum. Si fuerit luna in 4tis orientalibus nubet natus in iuventute, si in occidentalibus fuerit in senectute. Venus eciam directa in angulis vel succedentibus fortunata nec impedita et domini triplicitatis eius orientales in aptis locis desponsacionem in iuventute significat cum fortuna bona. Si autem venus cadens fuerit et combusta domini quoque triplicitatis eius in locis malis et in malorum aspectu tardam desponsacionem atque mobilem pronunciat. Deinde profecto signi ascendentis quando ad septimam pervenerit vel ad eius revolucionis fuerit annua radicis desponsacionem in eodem anno insinuat. Et si fuerit illud signum fixum uxorem unam, si commune duas, si mobile plures ipsum desponsare significat. Status autem copulacionis et coniugii erit quemadmodum dicemus. Cumque fuerit venus in domo martis aut mars in domo veneris erit natus inde libidinis. Si venus in domo saturni et saturnus in domo veneris tunc concubitu abhorrens mulierum naturalem commutabit usum. Venus autem in domo mercurii et mercurius in domo veneris mulieres corrupet. Similiter saturnus in domo mercurii et mercurius in domo eius turpitudine libidinis sic diximus ostendit. Eodemque modo si fuerit sol et venus et pars coniugii et dominus eius aut plures significatores eius in signis fede actionis quod sunt ♈ ♎ ♑ et ♓ superfluet natus in turpitudine et lascivie feditate. Venus quoque si marti iuncta aspexerit ex quarto vel opposito vel ei coniuncta in eodem signo fuerit mars cum fortuna in domo vel exaltacione sua turpitudinis tocius evidens signum est. Effeminatus ac aut nati et eius sterilitas ex signo quinto et eius domino comprehenderetur venere quoque ac iove parte quoque filiorum et domino triplicitatis eorum. Quod si fuerit almutez super ipsos in signo multorum filiorum liber a malis aspicientes ascendens ex angulis vel succedentibus prolem et filiorum productivum significat. Et si fuerint in signis paucorum filiorum fuerintque combusti et venus impedita erit natus sterilis absque liberis in omni vita sua. Et sciendum quod multitudo filiorum ex ♋ ♏ et ♓ est. Paucitas vero ex ♊ ♌ et ♍. Mediocritas ac a ♉ ♎ ♑ et ♐. Verumtamen mercurius ex eis cum multiplicantibus filios multiplicat et cum diminuentibus diminuit. Tempus vero filiorum cognoscitur ex significatore filiorum digniori. Venus si fuerit orientalis significat prolem in adolescencia, occidentalis in senectute. Vel si fuerit in medio celi aut undecima in iuventute, in tercia vel in nona octava in media etate, in 4ta aut aut septima significator si fuerit in senectute filios generabit. Pars eciam filiorum in ascendente in iuventute ipsum habiturum significat. In medio celi in etate media, in 4ta aut septima minus finem. Preterea quando in revolucione annorum aliquam pervenerit ♃ aut ♀ ad locum partis filiorum aut ipsum aspexerit ex quarto vel opposito ipsam prolem in illo anno generaturum esse significat.

Capitulum quintumdecimum de peregrinacione nati

[O]portet autem in rebus peregrinacionis et itineribus aspicere signum nonum et dominum eius et planetas ibi existentes quoniam si plures ex eis fortunati fuerint vel digniores sub[...] medicos et iudices habuerit cum domino ascendentis erit natus extra peregrinacionis et itinera ad lucrum et utilitatem. Sed si fuerint impediti erit cum labore et perdicione. Si vero nullam coniunctionem habuerint cum domino ascendentis erit homo cuius victum in [illegible] Si luna non aspexerit dominum domus sue significat [illegible] nati et eius vitam in [illegible] omnibus diebus. Si autem mali fuerint in domo nona et applicati domino ascendentis significat amissionem nato in itineribus pervenire et erit [illegible] in lege sua et absquacion[...] [illegible] et dixerunt [illegible] si luna in tercia die [illegible] applicata fuerit [illegible] vel [illegible] quidam quod si [illegible] et si in [illegible] die luna applicata fu[erit] et aspexerit martem significat [illegible] et si fuerit [illegible] erit impedita a marte [illegible] nato [illegible]

de filiis

None in ascendente occurrat nato cogitaciones et occasiones quibus cogitur iter quod itine
ra longa. Sed si fuerit dominus ascendentis in nona propter peregrinacionem, et quid in nona inter
latrones periclitabitur. Si vero fuerit saturnus naufragium patietur et precipue si fuerit in
signo aqueo. Amplius domus triplicitatis domus none primus significat itinera et eventum esse
ipsius bona aut mala erit eius itinera in lucro vel perdicione. Secundus autem signi
ficat fidem et religionem iter secundum bonitatem vel maliciam eius iudicandum est.
Tercius autem significat sompnia que si fortuna fuerit et in bono esse sompnia frequen
ter vera videbit si vero contrarium fuerit oppositum differencies. Post hoc aspiciendum
est ad dominos triplicitatis martis ita quis illorum melior esse et loco fuerit in
tali tempore itinera sua erunt magis proficua ita ut primo detur iuventus secundo
media etas tercio senectus.

Capitulum quidecimum de magisterio nati ad quod naturali aptitudine inclinetur

[M]agisterium nati et eius valitudinem apud homines ex medio celi directe
et ex sole possimus in die et saturno in noctem a parte quod magisterii
nati et domino eius quoniam si omnes aut quidam eorum aut fortior in domo vel
exaltacione sua fuerit habens commixtionem cum domino ascendentis erit natus multorum
operum atque principes fit quod preceptum in magisteriis altis et sublimibus. Et si nullum
aspectum ad dominum ascendentis habuerit erit natus onerosus et apud principes cognicionis
modice. Et si dominus ascendentis applicuerit se domino medii celi significat profectum adi
pisci ex regibus per proprium studium atque laborem. Si autem oppositum fuerit ut dominus
medii celi applicans fuerit domino ascendentis ultro ex hiis profectus eveniet. Hec
autem applicacio si fuerit in angulis generaliter dignitatem ex eis famatam. Sed si dominus
ascendentis fuerit in angulo dominus vero medii celi cadens significat natum esse fama
tum et opus eius vile si autem contrarium fuerit ut dominus medii celi sit in angulo et do
minus ascendentis cadens significat operis magnitudinem et natum esse vile. Et si ambo
cadentes fuerint operis atque nati vilitatem insinuat. Scito eciam quod applicacio
benivola inter dominum ascendentis et medii celi conparacionem acceptabilem inter rege et
natum significat malivola autem discordiam et odium. Et si non fuerit applicacio inter
eos sed fuerit quemencia inter solem et dominum ascendentis fiet omne iudicium per eum sicut
per dominum medii celi dictum est. Si autem contigerit quod aliquis planetarum superiorum fuerit
almutaz super ascendens fuerit quod in medio celi applicatus domino domus sue vel
exaltacionis commixtione cum regibus et principibus et circa exercicia eorum se operare significat.
Si vero fuerit unus de planetis inferioribus dominus ascendentis et in medio celi in similitudine
tali significat officium regum infra hoc quod diximus. Similiter si fuerit inter dominum ascendentis et
aliquem luminarium et precipue auctoritatis applicacio cuius cum recepcione significat
conparacionem eius cum regibus ex qua magnam consequitur utilitatem si vero recepcio non
fuerit sine magna utilitate fere erit. Aspice eciam planetam quem cum domino ascendentis appli
cacionem habuerit qui si ille in exaltacione sua fuerit conparacionem cum regibus et principibus
significat. In domo sua cum nobilibus inferioribus. In termino autem et triplicitate et fa
cie cum hominibus aliis. Post hoc respicienda est pars magisterii nati que si fuerit
in apto loco ab ascendente et libera a malis et dominus ascendentis similiter
significat natum esse multi operis et pauce quietis. Et si dominus partis applicuerit se
planete in exaltacione existenti altitudinem magisterii nati significat et vali
tudinem eius. Dicunt autem auctores quod speciale magisterium nati ex tribus planetis maxime
scilicet venere et mercurio fore probatur. Ideo considerandum est natum signum in quo predicti planete
planete fuerint et quis planetarum ascenderit ante solem et cum predictis applicant. Et si
nullus ex hiis ante solem ascenderit non erit sibi ars illa quam ille planeta sig
nificavit. Artes autem planetarum sunt iste. Saturnus cum fuerit in signo terreo fortu
natus et alicui tamen superiorum applicatus significat constructorem domorum et agricul
turam si autem infortunatus fossor vel terre cavator erit in signo igneo de
minera metalli. In domo sue descensionis purgatorem sterquiliniorum et corum vindicatorem
significat dum alicui predictorum fuerit applicatus si vero fuerit in signo aqueo erit
nauta pergamenarius vel corei aptator in signo aereo erit balneator in
sua exaltacione victarius. Magisterium Jovis est iudicare et fidei placacio heme
commissionis census et confidencia. Magisterium martis bella messio et
concussio qui si fuerit in exaltacione sua dux belli erit in signo igneo faber et si

venus in opus aurifab. Si mercurius monetarius. In signo tauro carpentarius ut figulus in casu suo vel detrimento flebotomator. In signo humano sartor. In signo vero aquo navium compositor. Solis artificium est plantare et imperium super alios. Veneris officium est canere saltare ornare pingere et pannos aureos componere. Mercurij magisterium est scribere et mechanica exercere. Lune vero officium est negociari emere vendere. Et hec significat 4 parte quando iuncti fuerint tribus vel duobus vel eos aspexerint. Preterea cum fuerit mars in angulo et prope in aspectu vel medio celi periclitabitur natus cum suis opus et magisterij et fortassis flagellabitur cum corpus et vincietur. Similiter saturnus in angulo in nocte captivabitur natus et fortiter vincietur. Et saturnus in aspectu in nocte nocturna [illegible] et cum angustia erit quia [illegible] et gulosus. Tempus autem magisterij et officij scitur ex sole et dominis triplicitatis eius. Qui si fuerit sol in quartis orientalibus erit in iuventute. In occidentalibus vero circa finem vite. Et domini triplicitatis solis omnes si fuerint fortes erit magisterium signatum secundum tempus dignioris. Et periculum in magisterio sive tempus impedimenti sive debilioris. Scito etiam quod in quolibet anno pervenit ascendens radius ad signum medij celi fuerit quod in eo aliquis ex partibus magisterium significantibus renovabit natus magisterium et officium suum secundum statum planete existentis ibidem

Capitulum sedecimum de scientia amicorum et adversariorum nati

In rebus amicorum nati apprehendere est signum undecimum et in eo existentes. Preterea autem [illegible] ac veneris. Qui si fuerint fortune et in bonis locis applicati domino ascendentis ex amicitate multitudinem amicorum et eorum benivolentiam [illegible]. Si fuerit dominus ascendentis in undecima vel dominus undecime in ascendente erit fortunatus in dilectione hominum. Et si fuerit saturnus super undecimam diligent eum plures senes servi et ancille. Si Jupiter iudices et divites. Si mars principes et duces et bellatores. Si sol reges atque nobiles. Si venus mulieres nobiles. Si mercurius scriptores et negociatores atque sapientes. Si luna vulgus atque plebs tota. Et scito quod natus adipiscetur bonum vel malum ab amicis secundum fortitudinem vel debilitatem fortune et infortune eos significantis. Et si fuerit dominus ascendentis applicatus domino undecime vel quasi fuerit receptio in signo mobili significat mobilitatem amicicie inter ipsum et amicos. In quibus plures iterabuntur. In fixis vero stabilitur. Si autem dominus undecime non respexerit domum suam nec venus dominum domus sue nec dominus partis amicorum partem erit natus orbatus (?) separatus et solus. Dixit ptholomeus et alij sapientes quod cum in duabus nativitatibus fuit [illegible] solis unius in loco lune nativitatis alterius vel econverso erit inter eos firma amicicia. Similiter si loca partium fuerint similia in utraque nativitate. Sed si locus solis in nativitate unius respexerit locum solis in nativitate alterius bono aspectu diliget se bene unus [illegible] supra diximus. Sin autem nichil. Sic et de luna dicendum est. Et si in utraque nativitate fuerit pars fortunatus in uno loco perficiet ambo et equabuntur in eadem re que est de substantia partis illius. Si vero infortuna fuerit infortunabuntur ambo in illi casu. Et si fuerit infortune utrinsque nativitatis in uno loco alter alteri [illegible] et econverso. Et si in duabus nativitatibus fuerit pars fortunatus unius ubi pars infortunatus alterius in eodem loco ille cuius fuerit infortuna nocebit alteri licet sibi ab alio bene erit. Si autem in duabus nativitatibus fuerit dominus undecime in 4to vel opposito domini aspectus alterius erit semper contencio inter eos. Et idem fuerit ascendens in tercia fratrum sui. Sexta servi sui. Septima sue mulieres. Decima sui domini. Vel undecima ab aspectu sui amici fuerit quod almuten unius pervenerit almuten alterius in aspectu benivolo durabunt in amicitia absque separatione. Sed inimicitas nati ex 12 et eius domino et a parte ibidem existente a parte inimicorum et a domino eius et a patrio cognoscitur. Ideo autem apprehendus est fortior existens. Qui si coniunctionem habuit cum domino ascendentis [illegible] natus adversarios quos vincet si fuerit fortior domino aspectus domino 12 et econverso. Si vero inter eos aspectus non fuit erit natus pauciorum adversariorum. Et si fuerit dominus ascendentis in octava et in [illegible] domus duodecime morietur natus per manus adversariorum et maxime si fuerit impeditus marte et econverso. Et aspice locum ubi cecidit pars inimicorum. Si natus [illegible] signi illius et ymaginem illud [illegible] signorum

Capitulum decimum septimum de genere mortis nati et tempore eius

de infirmitatibus

[illegible] vero de his que sunt de actibus humanis imponunt restat ut tractandum. Est igitur scitum quod egritudinem notam scitur a domo sexta et domo eius

et partes in ea existentibus a parte infirmitatis et domino eius et a luna. qui si partes
ex ipsis fuerint infortune et in angulis vel succedentibus vel saltem a natiuitate infortu
nati et geniturarum habuerint cum domino ascendentis designant egritudines et infirmitudines carum
et eorum. Si autem saturnus fuerit dignior ceteris, vel dignior illis a saturno fuerit impeditus erit
eius egritudo ex causa frigida et sicca. vt epilesia palisis. cancer. emorroide. podogra
et ydropisis. Si vero mars fuerit dignior ipsis et dignior ipsis fuerit impeditus in angulis et
impedierit dominum ascendentis significat morbos acutos ex colera rubea et sanguine prouenientes
ut frenesis. febres. dura aposteta. et huiusmodi similia si fuerit mars vel saturnus
in sexto ab ascendente vel in sexto a luna aut in 4to vel opposito horum locorum sunt
egritudines quas diximus et si fuerint in hiis locis fortune et aspexerint ascendentem
vel dominum eius similiter luna et dominus domus sue liberi a malis sunt salute nati et in
columitate. Cum autem eleuatus fuerit saturnus erit et fortis. Et impedimentum circa partem
illam corporis erit quam monstrat signum quod tunc inter fuerit impeditum Amplius autem
centri In sibi circa casu fuerit marciam et infestam si in nocte nocturna fuerit expressus
in angulo et occidentale in die Et peius si fuerit angulus ille oppositum vel ♃ vel ♄.
Dixit quod hermes quod numquam amittit ... in cuius nocte Luna incurrit ad ♂ et infra non
poterunt euadere ab impedimento quam in cuius nocte luminaria fuerint impedita nec
luminaria iuncta fuerint corporaliter ambabus infortuniis vel vni earum. paneret natus
in oculis donec transierint 26 annos postea liberabitur Luna in angulo occidentis
et mali orientales et ascendentes dum ipsa descenderit perdet sinistrum oculum
si circa solem ipse contigerit perdet oculum dextrum. Si autem luminaria fuerint opposi
ta et mali orientales et ascenderint ante solem vel orientales ascenderint
post lunam oculum vtrumque amittet Mars quoque in ascendente in nocte diurna vel saturnus
in nocte soli vel lune vel ipsos impediens visus debilitatem vel destructionem
significat Similiter et quod loca stellarum fixarum in octaua spera que significant oculorum
azemenas dum fuerit luna cum eis Et pliades et caput algol in thauro presepia in
cancro. Spina scorpionis sagitta sagittarii cauda capricorni et fusorum aquarii
Cum autem fuerit sol in aliqua azemena erit debilitas in oculo dextro Si luna in si
nistro Sol in angulo in nocte diurna cum saturno vel in eius 4to vel opposito erit
macula in oculo dextro nisi venus solem respexerit Sic et de luna dicendum est
in sinistro Si autem occidentalis cum sole extiterit in angulo secundum hanc similitudinem fuerit
paneret in oculo ... et peius si fuerit mars in signo humano. Saturnus in
signo aquatico oculos facit lacrimabiles Dixit enim abraham cum fuerit cauda
ascendente natus excecabitur natus Et secundum distantiam a gradu ascendentis erunt anni
vel si fuerint decem gradus ab ascendente excecabitur in 10 anno etatis Cum in ascendente fue
rint infortune erit turpis macula in facie Mercurius in domo saturni vel cum
eo signo cum eo aut in 4to vel opposito grauitatem lingue dicit Sed si mars ☿
aspexerit impedimentum lingue soluit Sed ☿ retrogradus vel combustus linguam natiui
impedit, ☿ quoque in signis voce carentibus facit vocem surdam et submissam. In signo
vero humano sonoram et validam, ☿ vero si fuerit dominus sexti et in opposito sa
turni natum facit surdum Et quando decreto hyleg iunxit ad saturnum vel caudam in thau
ro accidit ei squinantia in gutture et suffocatio, In scorpion vrine retentio
Sed cum fuerit venus impedita a saturno vel marte sine fortunarum aspectu absconditur
ei testiculi. Luna cum saturno in signo aquatico sine iouis aspectu leprosus erit Sol
infortunatus substantia nocumentum pulmonis significat, mars hoc modo epatis,
Saturnus hoc modo splenis, ☿ hoc modo fellis, Cum autem pars azemene fuerit in ipso ...
ascendentis et luna iuncta cum ea vel dominus ascendentis erit azemena in membro
quod sub ... illius signi cadit Si autem dominus ascendentis fuerit cum domino sexte in
eodem ... egrotatiuus erit semper Due quidem infortune orientales si fuerint egri
tudines in iuuentute signant Occidentales vero in Senectute Et quando aspexerit sol
... infortune et fuerit dominus sexti sub radiis cadet ab alto Sed si caput ...
fuerit infortunius in sexta domo cadet ab alto vsque ad ossium confractionem

de morte

Preterea in occasionibus mortis que sequitur egritudinem aspicitur signum octavum et dominus eius signum est quartum et domini eius triplicitatis. Et si dominus mortis et dominus eius et consideraverint pluralitate ibidem existentes boni vel mali. Signum est octavum a sole et a luna. Qui si fuerint liberi ab impedimento retrogradacionis et combustionis significat mortem naturalem pati et non extraneam et cetera. Si vero saturnus in hiis locis fuerit dignior receptor non impeditus significat mortem ex languoribus frigidis et siccis. Si vero impeditus erit mors ex frigore nimis vel aqua. Si autem Jupiter in eis dignior fuerit erit ei mors ex dolore epatis stomachi et pulmonis. Impeditus vero precepto regis vel populi morietur. Si autem ex illis dignior fuerit non impeditus erit mors repentina ex egritudine calida, impeditus per ignem vel ferrum vel per instrumentum bellicum peribit. Sol autem si dignior fuerit non impeditus ex causa combuste morietur, impeditus vero a rege vel a parentibus vel a cordis dolore sive stomachi morietur. Si autem venus dignior fuerit non impedita ex dolore ventris, impedita vero causa luxurie seu veneni peribit. Et si mercurius dignior fuerit in locis predictis non impeditus ex frenesi et diversis doloribus mors erit. Impeditus vero contra naturam impedientis erit. Sed non luna dignior fuerit non impedita erit ei gulositas causa mortis aut luxuria. Impedita vero contra naturam impedientis mors erit. Et si mercurius in sexto fuerit impeditus natus in carcere morietur. Et si saturnus in duodecima impediatur natus includetur. Verum est hoc non in octava proprie patitur. Cum autem planete mortem significantes fuerint in domibus vel exaltacionibus suis liberi a malis morietur inter parentes et proximos. Si vero impediti mali et peregrini erit mors eius in locis extraneis et peregrinis. Si vero cadentes fuerint, cadet ab alto et morietur. Sed si in descensione fuerit sic, cadet in puteis vel aquis profundis. Si retrogradacione lapidacione vel simili nece morietur. Mars vel luna in nocte vel sol in die fuerit in 4to malorum mortem malam significat. Si autem luna iuncta fuerit soli aut opposita ille igne morietur, similiter de marte dicendum est. Quando est mars corporaliter iungitur non duo aspectus in leone neque mars dignitatem habuit in aspectu nec fortuna fuit in octava comburetur natus. Mars in octava impediens dominum octave ferro peribit. Saturnus ibidem existens in similitudine tali aut in octava a sole in carcere morietur. Mars non capite draconis in octava suspendetur, saturnus ibidem non cauda per venenum maleficium vel nigromanticum ingenium interibit. Et dixit ptholomeus. Cum autem coniunctus fuerit caput algol et fortuna non aspexerit dominum abscisionis nec fuit in octava fortuna et luminare auctoritatis fuit in opposito martis vel in 4to eius aspectu decollabitur natus. Et si luminare auctoritatis fuit in medio celi suspendetur. Si autem respexerint se mali ex geminis et piscibus amputabuntur sibi manus et pedes. Si autem saturnus fuit in medio celi et luminare auctoritatis in eius opposito idest 4ta domo et fuit 4ta domus signum siccum morietur natus ex ruina. Si aquaticum morietur natus in aqua et submergetur. Si autem humanum suffocabitur vel suspendetur. Si autem in octava fortuna fuit pericula predicta evadet sine morte. Si vero significatores mortis fuerint super terram in signis aereis suspendetur vel rotacione punietur. Si vero sub terra extiterit erit mors eius occulta ex casu alicuius rei desuper cadentis vel submersione. Si vero in signis igneis fuit comburetur. Dixit etiam hermes quod si dominus octavi fuit in septima impeditus extra domum sagittis intimabit. Et super omnia diligenter notandum est quod in magis cuiusque nativitate fortuna aliqua fuerit in domo octava aut in domo septima aut in angulo terre malam mortem prohibet. Et si in hiis locis aliquis malorum fuit mortem extraneam designat vel mortis per igne vel ferrum saturnus per venenum vel per precipitacionem quod sunt significatores eorum dignitate

Cam 18 de sua revolutoria ad annos nati ad esse boni vel mali sequitur

Si frequens nativitatem suam compleverimus ubi nichil aliud posuimus quam quod sapientum auctoritas edocuit. Est igitur revolucio anni nati reditus solis ad eundem punctum in quo fuit tempore nativitatis. Ad hanc igitur hora apta ascendens et planetas et equitas domorum qui est dominus signi prefectus ab ascendente signi radicis anni videas

cum in quibus locis cadit dominus anni et dominus radicis signi profectionis hyleg et
alii planete et aspice fortitudinem et debilitatem eorum et quo planete se applicant
vel utrum figura revolutionis sit similis figure radicis Nam ut dicit Hermes
Optimum esse et potens erit natus erit ille cuius anni revolutionis sit similis ra-
dici et eius circulus in eadem dispositione vel similitudine in qua fuit in hora nativitatis
hec est enim radix per quam cognoscere poterimus quid in anno eodem de se ipso
sit futurum secundum cursum naturalem In quacumque enim revolutione applicuerit annus
ad signum in quo fuit saturnus in tempore nativitatis fueritque saturnus in eo aut ipsum aspexerit
ex quarto vel opposito fueritque saturnus in angulo vel succedente significat infir-
mitates frigidas et melancolicas et alias occasiones que subam saturni consequuntur
Et si infortune tunc saturnum aspexerint periculum auget fortune vero dimi-
nuunt hoc autem verum est si in radice nativitatis inhabitat quia ut dicit Hermes dum
pervenerint infortune in revolutione ad locum convenientem non nocebunt nisi fuerit
eius contrarium in radice nativitatis hoc autem in reliquis pari modo licet intelligi Sed cum perve-
nerit annus ad signum in quo fuit iupiter fueritque in revolutione in eodem vel ipsum
aspexerit ex trino vel sextili dignitatem et laudem acquiret cum sanitate in
anno eodem Sed si fuit in 4to vel opposito cum gravitate quadam et labore Et hoc
iterum verum esse dico si iupiter in radice nativitatis aliquid huiusmodi promiserit fortune
etiam ioue in hoc casu respicientes vel locum illud bonum auget mali vero di-
minuunt Si autem annus applicuit ad signum radicis martis fueritque mars in eo
aut ipsum ex quarto aut opposito aspexerit erit timor in eodem anno de
occasionibus ad mortem pertinentibus ut sunt vulnus ignis percussio febris acuta
et huiusmodi si mars aliquid istorum in nativitate promiserit ut ostensum est Verumtamen fortune
aspicientes timorem auferunt vel diminuunt Et dum pervenit annus ad signum ra-
dicis solis fueritque signum illud in angulis in nativitate vel revolutione inveniet honorem
a rege si fuit decima vel a parentibus si fuit 4ta a militibus si fuit 7ma aut erit
sanitas sui corporis aut rerum prosperitas si fuit ascendens Et hoc si fuit sol in
ascendente et revolutione fortunatus et aliquid horum promiserit Si autem infortu-
natus fuit detrimentum ex hiis sibi inveniet atque dampnum Si autem Si autem perve-
nit annus ad locum veneris radicis erit ei gaudium et leticia ex hiis que ad
significationem veneris pertinent si fortunata fuerit sin autem nichil Et si ad locum mercurii
pervenerit annus fueritque mercurius in eodem vel ipsum aspexerit ex trino vel sextili habue-
ritque convenientiam aliquam cum ioue vel venere roborabitur eius intellectus perve-
nietque ad magisterium vel officium aliquod et in mercanciis lucrabitur Si autem
pervenit ad locum in quo fuit luna tempore nativitatis fueritque luna ibidem vel locum ipsum ex
trino vel sextili aspexerit absque malorum impedimento significat equalitatem sue com-
plexionis lucrum in mercanciis et gratiam vulgi et cetera Si autem ad locum capitis perve-
nerit annus fueritque ibidem caput et iupiter cum eo vel ipsum aspexerit dominium
exaltacionis et gaudium in eodem anno significat Ad locum caude draconis fuit si per-
venit annus fueritque cauda ibidem cum aspectu malorum ex □ vel ☍ dampnum per inimicos et
exules significat Sed quia esse nati accipitur ex directione signi profectionis
ad bonos fortunarum vel malorum ideoque in revolutionibus annorum nativitatum dig-
nius ascendens ad similitudinem esse annorum nati ad fortunas et malos per omnia 49 minuta
et 8 secunda ad unum diem et cum pervenit directo ad fortunam sibi incolumitatem pro-
speritatem atque profectum Et accipe in directione profectionis ascendentis ad omnes 30
gradus anni unum sic nosti dein suas distanciam inter quemdam mali erunt radices
eius quam multiplica per 12 et sextam unius ut supra ostendimus dum directionem
hyleg tractavimus et si fuerit fortuna sibi incolumitatem sue complexionis
et equalitatem nervorum profectum et utilitatem secundum illorum fortunam in circulo
ut si in domo substancie sibi substanciam In domo decima regnum et bona a rege regis
Deinde dirige dominum signi ad bonos et malos per eundem modum per orbes 49 minuta
et 8 secunda die unum Et nota quod si in revolutione anni fuit dominus terre in de-
cima ab ascendente nativitatis aliquis fratrum eius illo anno morietur Similiter si domi-
nus tercie radicis nativitatis fuit in decima revolutionis eo quod sit decima a tercia ascendentis sicque

facies in aliis Preterea ut ps sapientum dicit q secundum volentem sciam ascendens nati ad sciendum esse eius per hunc modum subtrahatur ascendens gradus a gradu planete immediate subsequentis vel radiis eius in eodem signo cum gradu ascendente dicimus q ascendens disponit natum per quartum vel aspectum planete subsequentis per tot annos quot sunt gradus inter illos Sed si fuerit planeta vel radii eius in secundo signo ab ascendente dicimus q ascendens secundum naturam suam per tot annos quot sunt gradus usque in fine ascendentis Deinde ascendens per quartum vel radios planete in secundo signo, ascendente disponit per tot annos quot sunt gradus ab initio signi usque ad planetam vel radios eius Si autem in gradu ascendentis fuerit planeta non erit opus ascendente in directione sed planeta talis eodem modo dirigatur Deinde subtrahatur locus planete vel radiorum ad quem ultimo pervenit directio a loco planete iterum subsequentis vel radiis eius Et remanebit distantia inter illos tunc planeta vel radii eius cuius anterior erit locus disponit natum per tot annos per quartum vel radios planete subsequentis quot fuerint gradus inter illos et sic continue faciendum est usque in fine duodecim signorum Notandum etiam si planeta a quo fit directio et ille ad quem dirigatur non fuerint in eodem signo non erit eius participatio sed anterior per propriam naturam disponit usque in finem signi in quo est Deinde ille idem in virtute planete subsequentis disponit per annos reliquos Quidam autem multiplicant gradus inter planetas per duodecim eo q omnibus horis gradus datur unus annus et dicunt q tot dies disponit planeta a quo fit directio quot exeunt in producto In revolutione autem anni precedentis sequitur modus verus dirigendo gradum ascendentis revolutionis ad planetas vel radios eorum et dicimus q ascendens vel planeta si in gradu ascendentis fuerit disponit cum sua natura subsequentis per tot dies q fuerint gradus equales inter ipsos Et sic continue per omnes aspectus secundum modum superius ostensum nisi q ibi per gradibus distantie sumuntur anni hic autem dies et in aliis non differt Amplius autem dominus orbis vel dominus hore nativitatis consideretur detur q3 dominus hore prime ascendenti in anno primo nativitatis significabitur per esse illius sanitas et infirmitas corporis nati sicut per dominum ascendentis in radice Deinde detur dominus secunde hore dominium secunde hore ab ascendente in anno secundo et significabitur per esse suum in secundo anno esse substantie et lucrum sicut per dominum secunde radicis significabatur Posthec dabis dominium tertie ab ascendente dominum tertie hore et significabitur per esse illius in tertio anno esse fratrum et sororum sicut per dominum tertie radicis significabatur Et per dominum quarte ad annum quartum in esse filiorum et sic consequenter usque ad finem vite Hoc est autem unum de secretis et occultis sapientum Babilonie ut dixit Hermes quod non nisi melioribus communicare volebant ;~ ffinis anno 1496 ultima die februarii

ΤΕΛΟΣ

De equatione dierum Nota

Equatio dierum cum noctibus est differentia dierum mediocrium et dierum differentium per gradus equinoctialis circuli collecta

Dies mediocris est tempus quo totus equinoctialis cum 59 minutis et 8 secundis revolvitur

Dies differens est tempus quo sol a meridiano recedens ad ipsum reditur

Dies naturalis est tempus in quo revolvitur totus equinoctialis cum tanta porcione equinoctialis que correspondet ei arcui ecliptice quem in illo tempore sol perambulat Et hoc additamentum duabus de causis diversificatur Una quia q sol in temporibus equalibus inequales arcus de orbe signorum absoluit Alia q arcus equales ecliptice inequales habent ascensiones cum circulus equinoctialis obliquus est

Hieronimi manfredi clarissimi phylosophi medici et astrologi Centiloquium de medicis et infirmis ad illustrem Iohannem secundum Bentivolum hanibalis primi filium Bononiensem

Hyeronimus manfredus illustri Iohanni Bentivolo Salutem
Cunta sit illustrissime Iohannes medicine ut excellencia ut uti-
litas propter brevitatem operis preterea quod eciam ex eo patere debet quoniam
ipsa homines tamquam summa rerum opifex produxit medicinam divinam scilicet
artem in primis honorandam colendam que precepit Cuius qui con-
tra precepta utitur sue temeritatis dat aliquam penas ea certe et
si sciencia clarissima sit ac perfecta medicus tamen sine astrologia per-
fectus esse non potest quoniam celesti motu hec inferiora gubernantur Ideo
tibi hoc opusculum confeci in quo quedam que ab aliis tum
obscure tum inepte tum falso dicebantur hic non sine summo
labore diligencia que summa adhibita patere medicine feci quedam
eciam meo marte ad inventa inserui singula omnia tamen prius experta
deum testor Quo opusculo illustrem dignitatem tuam dono illud
ne[illegible] enim et laboris et ingenii multa paucis quoniam pauca mihi
referre si id comode fiat quod fecerim aliorum iudicium sit
prestiti quidem quantum potui studium in hoc opusculo in quo conclu-
sionem quod [illegible] infirmitatem inveniat homines et omnes ra-
tiones et omnes modos et multa alia que medicus servare et vita-
re debeat inserui que cuncta ducet medicum ad laudabilem
optatum que finem ac honorem cum gaudio infirmi Sciencia enim egritu-
dines mutabiles et tonales et adventicie caraque nature et quali-
tates et utrum morbi sint ad salutem vel ad mortem quando vero finem
egritudo aut eius periculum hic discernetur Amplius et tempora quibus
medicus suas circa corpus humanum exercere debeat operaciones innotescet
Et cum fortuna medici in sanandis infirmis non nisi a sideribus con-
feratur et quando medicus fortunatus existat ostendetur Breviter que
et dilucide dixi quibus que rebus multa levire possimus et alia
plura hic sunt non solum medico sed et unicuique hec legenti dili-
genter que observanti conducibilia que omnia clara certa ac vera tuo nomini
dedicavi non tamen munus facturus qui pro tua excelsa animi altitudine
et literas et literatos amas sed ut non modo preclaro maximo honori
et presidio semper extitisti ac eciam pluribus exteris ita brevissima
hec et pusilla aliorum fortasse iudicio sub immensa umbra tui
nominis tuto quiescat Qua in te nisi me amor fallit brevitas rei
magnitudine posset compensari que etiam si parva foret liceat
mihi eidem munus donare que maioribus decorarim ante que
ve maximis nisi fallor sum cumulatura ut quemadmodum ab in-
eunte etate tua dignitatem illustrem per plurimum feci mox que princi-
pem nostrum clarissimum et ore colui et animo fovi ita si iam quid
in hac ingravescente etate mea partis labores studium que vehe-
mens consequi possint mea in te pietatem summa et fidem testari
possim Vale pater patrie cuius que culmine te que felicem fata conservet

Verbum primum Quamvis medicina de se sit sciencia perfecta
medicus tamen in opere suo sine astrologia non est perfectus

2m O quantus error est potius medici astrorum cognicionem penitus care-
tis quoniam nec medicinarum exhibicio nec flebotomia nec quodcumque aliud
opus eius recte fieri potest Insuper neque egritudinis naturam neque quem fi-
nem illa consequi debeat sine astrorum observacione perfecte potest cogno-
scere Unde et egipcii antiquiores sine medicinali astrologia adiu-
vent [illegible] via procederet rectiorem finem attingerent

3m Bonus medicus est ille in cuius nativitate mars et venus fuerint
corporales et aliquo [illegible] aspectu iuncti [illegible]
[illegible] medicus est ille [illegible] et [illegible] fuerint in [illegible]

potetit

xiii Magnus defectus erit error astrologi in interrogacionibus de infirmo cum septimum et eius domini fuerint impediti, differatur igitur interrogatorem aut non loquatur super illa timore erroris

xiiii Item in interrogacionibus de infirmo aut in principijs egritudinum fuerit primus et eius dominus impediti remoue medicum ab egroto

xv Item in nativitate aliquis fuit luna in coniunctione aut malmolo solis et in aliquo angulo mixta stellis nebulosis fit morbus inseparabilis in oculis. Et si luna in eodem signo cum sole vel in signo opposito fuerint et in aliquo et in aliquo angulo et infortunae de malmolo eius assendentes si quidem vespertinales a luna et matutinales a sole amittet natus utrumque oculum Et si solum unum luminare ab infortunijs suo modo hoc paratur alterum oculum tamen amittet et deterius ex angulis ascendens et septimum et oppositus de aspectibus

xvi Si ambo luminaria fuerint in sexta infortunata natus sine aliqua dubitatione cecabitur Et si unum tamen in uno oculo tamen patietur Sicut est si aliquod luminare fuit domus sexte et infortunatum, Et vix non potest oculus eius evadere grande nocumentum in qua nativitate fuerit luminaria impedita

xviii Cum luminare tempus natiuitatis fuit corporaliter cum aliqua infortuna vel post luminare tempus ascenderit aliqua infortuna cecabitur natus Et si hoc infortunium fuit in angulo vel cum eis fuit dominus ascendentis cecabitur in pueritia et si non fuit in angulo vel in domo ascendentis cecabitur in senectute

xix Cum signum sexte domus fuit Libra et mars in eo dolores significat oculorum

xx Item fuit malus orientalis significat impedimenta de quibus non speratur curatio et non fuit occidentalis, egritudines fit de quibus speratur sanatio Et maius est infortunium saturni cum fuit in signis masculinis et martis in femininis

xxi Natus tunc erit surdus cum fuit dominus sexte mercurius et de malmolo infortunatus a saturno maxime vero si fuit in sexta Similiter erit auditu dampnatus ille in cuius nativitate fuit luna et saturnus dampnati super terra sed in locis malis retrogradi vel combusti

xxii Impedimentum mercurii a saturno et impedire linguam debent aut cum coniunguntur corporaliter maxime vero in ascendente vel septimo et in eodem signo cum sole mercurius qui fuit occidentalis, aut cum fuit mercurius super terram corporaliter coniunctus cum saturno aut de malmolo et in signo mutito fuit qui infortunatus sed in loco malo retrogradus vel combustus et peccans erit sibi lingua dampnatus aut mutus

xxiii Dampnabitur in ofitium [illegible] aut morbos patietur in naribus in cuius nativitate mars et venus super terra fuerint impediti

xxiiii Non amittet sensum neque intellectum in cuius nativitate luna fuit ad mercurium bona aut nerit ad eam aut aspectum eius

xxv Epilentici fiunt in quorum nativitatibus luna et mercurius non coplectuntur ad inuicem neque ullo coniuncto non ascendente et non hoc fuit saturnus in nativitatibus diurnis significatorem qualitatem anime et in angulo et in nocturnis mars et signa facientia epilensiam maxime fiunt sagittarius et gemini Amentes autem fiunt eodem modo quod saturnus est in angulo in nocturna et mars in diurna maxime vero in cancro [illegible] vel pisces fuerit demoniaci autem fiunt cum non hoc quod dictum est saturnus fuit dominus loci lune et luna sub radijs aut mars dominus loci lune et luna in oppositum fit maxime aut in [illegible] et pisces

xxvi Lunatici vel fatui aut homines levis cerebri erunt eius cum in quorum natiuitatibus mars erit in angulo [illegible] in malmolo solis
2 aut mercurius cum saturno in ascendente vel opposito martis
3 aut luna cum saturno in ascendente in opposito martis

Marginalia:
luna et sol cum nebulosis dampnat visum
sol et luna infortunati in sexta
sol et luna extra domus sexta impediti
sol et luna impediti dampnant visum
Luminare tempus coniunctum cum infortuna dampnat visum
mars in libra in sexta dolores
mercurius dominus sexta a saturno dampnatus aut luna cum saturno super terra auditu dampnant
dampnatio Lingue a saturno et mercurio
mars et venus impediti super terra olfactu dampnat
Epilentici
Amentes
demoniaci
Lunatici
homines levis cerebri

¶ vel ♃ aut luna in aspectu cum marte in opposito saturni
¶ aut luna cum domina aspectus cum mercurio infortunata a marte
¶ aut luna in ascendente in quadratura saturni a medio celi et cum ♃
¶ aut luna separata a saturno et coniuncta marti, vel separata a mercurio
et coniuncta soli ¶ Aut mars inter solem et lunam in eodem si-
gno ¶ aut luna addens lumine infortunata a marte in sagitta-
rio vel in piscibus ¶ aut sol in opposito aspectus in trino infortune
ab ambabus infortunis impeditus et non aspectus a domino domus sue
¶ aut luna et sol infortunati in sexto vel in septimo in eodem gradu
¶ aut ambe infortune in aspectu in opposito mercurii et in omnibus hiis
sint fortune absentes

17 Cum ♃ et ☉ fuerint in nativitate dampnati sensus et intellectus dampnacionem
significat

sensus dampnatio

18 Sol est sicut calor naturalis virtutes corporis custodiens et luna est
significatrix corporis Cum igitur hec luminaria in nativitatibus dampnata
fuerint infortunis super ea elevatis dampnamentum et debilitatem to-
cius corporis faciunt

dampnatio tocius corporis

19 Cum fuerint infortune in angulis et luminaria eis corporaliter
applicuerint aut in eorum opposito gibbositatem aut claudicacionem
vel alicuius membri destructionem significant maxime si luna in alto
nodorum fuerit aut in signis informatibus que sunt ♈ ♉ ♋ ♑ ♓
et adhuc mars in inicio vel in fine signi

gibbosus

20 Cancer capricornus scorpius et pisces infirmitates ge-
nerant que corrodendo incedunt ut impetigines et cronicos
scrofulas fistulas cancros et lepras et similia Similiter mor-
pheatici cancrosi et leprosi sunt in quorum nativitatibus luna separatur
a sole et iungitur saturno sine aspectu fortune aut luna in aspectu
cum saturno aut mars in aliquo signo aque aut ♃ vel ♀ fuerit dominus
sexti et ab aliquo dampnatus infortuna Similiter cum luna fuerit in-
fortunata in aliquo predictorum equinoctiali aut solsticiali accidit
morfea vel impetigo vel lentigo et similia

morpheatici
cancrosi
leprosi

21 Arthetici podagrici et dolorem iuncturarum pacientes sunt in quorum
nativitatibus saturnus vel mars fuerint in sexta vel xii infortunans domum
sexti maxime si sextum fuerit ♈ ♉ ♓ et ubi cum saturnus vel mars
in aliquo istorum signorum fuerit debilitatem vel aliquos morbos
in partibus inferioribus ab inguinibus significat

Arthetici
podagrici

22 Paralitici et qui se movere non possunt aut tremuli sunt in
quorum nativitatibus luna fuerit in angulo cum saturno et saturnus sub radiis com-
bustus Similiter cum sextum et dominus eius infortunatur a saturno si-
ne radio fortune

paralitici
tremuli

23 Stomatici sunt in quorum nativitatibus mars et saturnus fuerint in sex-
to vel duodecimo infortunantes lunam vel dominum aspectus maxime vero
si sextum fuerit cancer Similiter cum sol fuerit sub terra infortunatus
et luna de nocte maxime vero in sexto. Epatici vero sunt in
quorum nativitatibus iupiter fuerit dominus sexte ab infortunis de malivolo
inspectus aut luna domina sexti fuerit infortunata a marte, similiter
si dominus aspectus et luna ambo infortunentur a marte aut cum eis
sub terra fuerint infortunati Et fellis dampnamentum facit ♃ infor-
tunatus sub terra

stomatici
Epatici
fel dampnatur

24 Splenetici sunt qui habent lunam dominam sexti infortunatam
a saturno aut fuerit dominus aspectus infortunatus in septimo aut sa-
turnus dominus aspectus infortunatus a marte aut quomodocumque saturnus
infortunatus sub terra Pulmonarii ptisici et suffocati
anhelitum habentes aut circa pulmonem dolores lunam habent in angulo
terre iuncta marti aut saturno aut ab eis infortunatam Similiter
si ♀ fuerit domina sexti infortunata in signo aque Cordiaci vero

Splenetici
pulmonarii
ptisici
anhelitum habentes
cordiaci

testiculorum dolor

ipotentia coitus

sterilis mulier

castrantur

emorroides

dissenteria

Luna aliquando plus infortunatur a marte et saturno et quando ipsi plus infortunant

signa quas partes corporis habeant

ubi est egritudo in corpore

Dextra et sinistra

Infirmitates signorum

Et debiles cordis sunt in quorum nativitatibus sol fuit dominus sexti aut domus eius infirmitatis et ipse infortunatus

24 Venus infortunata a saturno dolorem testiculorum facit maxime si fuit in ascendente similiter quando cum eo in octava aut luna venus et mars iuncti in malmolo saturni impotens coitu erit ille qui habuit quando iuncta saturno maxime in x vel octava aut luna iuncta ... in malmolo quando aut ... in sexto vel duodecimo in signo humido infortunate veneris. Sterilis vero et impotens impugnatos si fuit femina cum hiis luna et veneris in signo sterili infortunatas a marte et saturno aut sit saturnus in septimo vel decimo infortunans iove et luna aut venus fuit cum saturno et luna in sexto vel duodecimo infortunata et si fuit masculis saturnus in ascendente in opposito quando aut venus in signo sterili infortunata a saturno aut venus in domo saturni maxime infortunata ab eo et qui habuit venerem iuncta ... et ambo sub radiis castrabitur

26 Emorroides vel morbos ani patiuntur qui saturnum aut eum habuerint in septimo aut dominum ascendentis in septimo cum marte vel de malmolo ab eo aut fuit dominus ascendentis infortunatus et ipse in septimo sine radio fortune aut saturnus in ascendente in opposito martis aut mars in scorpione sine aspectu fortune aut luna domina sexti in septimo maxime infortunata Dissenteriam vero et dolorem intestinorum ex ventositate sustinebunt hii in quorum nativitatibus mars fuit in ascendente et in scorpione sine aspectu fortune aut mars de die cum cauda in quinto vel septimo aut saturnus cum cauda in septimo

27 Maius infortunium lune a marte est cum fuit aucta lumine et a saturno cum fuit diminuta tunc ergo super infirmum cum in principio egritudinis fuit luna sic infortunata maius ergo infortunium martis ad significatores potentior quam est in infortunando cum fuit in signis masculinis orientalis et de die et eum in saturno et hor[...] ... augmentum ... et in septentrion et quando in meridie

28 Ascendens et ... habent caput secunda domus et ... habent collum et guttur tercia et gemini brachia humeros et manus quarta et ... pectus pulmonem mamillas et stomachum quinta et ... cor epar et splenem et ... sexta et virgo intestina gracilia et umbilicum septima et ... intestina grossa umbilicum et ea que in ventre inferiori continentur octava et ... renes vesicam genitalia et ... natis femora nates testiculos et vulvam nona et ... supremam coxarum medietatem ... testiculorum decima et capricornus inferiorem partem coxarum et genua undecima et ... crura duodecima et ... pedes Et prima ... signi prima parte membri possidet secunda vero secundam et ultima terciam In membro igitur illo erit egritudo in cuius signo vel domo fuit dominus ascendentis aut significator vel luna infortunati sibi et sexto et dominus sexti et si fuerint infortunati super terram erit egritudo in parte dextra et si sub terra in parte sinistra

Caput in ascendente erit in loco altiori domus sicut in
cenaculo Cauda vero in ascendente si fuerit erit thezau-
rus ille in loco fetido tenebroso et humido Per dominum
hore per eius locum si fortis est / qui si fuerit in medio
celi erit in medio domus in 1o erit in omni li parte domus
In 7a domo erit versus loc Et si domus hore fuerit
orientalis erit novum sepulcrum orientalis vero antiquum
et diu absconsum Post hoc dividunt domum in 4or partes
scilicet orientalem meridionalem occidentalem et septentrionalem
Et aspiciunt quantum perambulavit dominus hore in signo
suo ex gradu illud multiplicant in 12 et collectum proiciunt
a gradu ascendentis cuilibet signo 30 gradus et in quo finitur et do-
mus numerus finiatur Et postquam signum illud fuerit ubi numerus stetit
orientale meridionale occidentale vel septentrionale secundum hor-
talem partem de domo secta accipiunt Deinde dividunt
hanc partem reliquis dimissis in 4or Et aspiciunt
quantum perambulaverit dominus illius signi ubi numerus ter-
minabit hunc numerum dividunt per signa dando uni-
cuique signo 2 gradus cum dimidio incipientes a signo loco
in quo est planeta 19 Et postquam illud signum ubi
numerus stetit fuerit orientale vel occidentale et sic hanc
accipiunt partem illam reliquis dimissis Post hoc dividunt
illam partem iterum in 4or et aspiciunt domus signi.

ubi cecidit motus et quantum perambulavit in signo
suo et illos gradus iterum dividunt per signa dan-
tes unicuique signo 1 gradus cum dimidio incipien-
tes a signo in quo est planeta et a loco eius et
sic per locos finiatur in signo orientali vel occidentali
et sic sunt eligunt linea illius et semper operando
donec ad latitudinem cubiti pervenit et ibi dicunt
absconditum esse. Verbi gratia erat 10 gradus arietis
ascendens et mercurius dominus hore in 12 gradu cancri qui per
12 multiplicati faciunt 144 que divisa a gradu orien-
tis terminantur in virgine quod est signum australe.
In illa scilicet australi linea loci vel in hac quam in
4or dividimus reliquis dimissis et quia luna fuit
domina mercurii et in ipsa et in domo solis 1a gradu de-
cem(?) dabis 1i cum [illegible] dimidio a loco lune post
ad libram signum occidentale. In illa igitur linea
occidentali vel est facta aut divisionem quarta illius ut
semper. Cum sol et dominus domus lune in geminis. In hiis
ab uno loco distribuitur per 1 cum dimidio terminatur
in cancro est quo in linea 1i divisionis illius et
si dominus domus hore est in domo alterius planete incipe
a loco et signo in quo est ille. Quidam aut alter fa-
ciunt aspiciunt domum ascendentis et domum hore cuius illorum
melius aspexerit ascendentem sunt signatorem loci consti-
tuunt et 2m locum eius in circulo erit loco abscon-
ditus in domo. Ut si fuerit in puncto anguli ori-
entalis et in linea orientali domus. Si in linea me-
ridiei in meridie etc. Si fuerit extra angulos tunc secundum
proportionem ipsius inter eos angulos accipiunt proportionem loci
inter duas lineas intersecantes se in medio domus et
ad quatuor plagas mundi protractas. Ut si fuerit in
11o erit propinquus locus absconditi propinquius meridi-
ei quam orienti etc. Alii aut aliter faciunt dividunt
domum in 4or partes per duas lineas se in medio
domus intersecantes. Deinde respiciunt signatorem et
requirunt quartam loci per eum ut dictum est. Post hoc
dividunt quartam illam in tria et si fuerit signator in
prima facie signi sui erit in prima 3a. Si in 2a fa-
cie in 2a 3a et si in 3a facie signi erit in ultima
3a loci. Deinde dividunt 3am receptam in 10 et faciunt
proportionem loci secundum proportionem steterit in facie sua secundum Doro-
theum aut facit dividere cum suo domum in 4or
quartas ut dictum est. Deinde aspicit domum ascendentis
cum si fuerit in signo orientali accipit lineam orientalem
dimissis aliis. Postea dividit illam lineam in 4 et
respicit domum signi illius orientalis ubi sit cum si

fuerit in signo meridionali accipit signum illius meridio-
nalis per eundem modum usque ad quantitatem cubiti hunc
modum sequitur in investigatione anuli vel alterius rei in
domo ex proposito occultate

Capitulum 9 de inventione loci absconditi secundum alkindum

Minus autem via melior est alkindi Ipse enim
rationem sequens naturalem comparat locum ad
circulum signorum et ipsum dividit penes longitu-
dinem motus signatorum Ipsius igitur documenta se-
quendo formam et modum quem nos aliquando apud
sapientem quosdam reperi vidimus subiungemus Geo-
metrie utens officio invenias centrum in medio
domus vel habitationis Deinde reguletur ara-
nea super faciem astrolabii secundum formam et figuram
celi in hora interrogationis Quo facto tantum repo-
natur centrum astrolabii vel alius instrumenti quo
utaris super punctum in medio domus contra recta
facie astrolabii sursum versa Ita quod armilla di-
recte medium celi respiciat et linee in centro a-
strolabii concurrentes ad plagas mundi rectissime ordinatur
In hiis tamen advertendum est ut aranea super eundem
situm teneat quem in hora questionis habuit Considera-
tur locus signatoris in zodiaco tam in longitudine
quam etiam in latitudine sua et protrahatur filum
a centro instrumenti per corpus signatoris signatum in lati-
tudine sua usque ad extremitatem domus quam sub illa
linea erit locus absconditi quesiti Deinde dividatur
linea protracta in duo media et sit punctus divi-
sionis nota ecliptice deinde scias partem latitudinis signatoris
in dextrum vel sinistrum Tamen si fuerit septentrionalis
divide medietatem linee a nota ecliptice usque ad cen-
trum domus in tot partes equales quot sunt
gradus maxime declinationis signatorum ad partem
illam et de illis partibus accipe tantum quantum pro
tunc fuerit eius declinatio Similiter facias in medietate
linee reliqua que est a nota ecliptice versus extremi-
tatem domus si fuerit signator versus meridiem et
si planeta nullam habuerit latitudinem erit res sub pun-
cto divisionis Et si maximam latitudinem habuerit
erit in centro vel extremitate domus secundum partem decli-
nationis Profunditas vero rei abscondite in terra sumitur
per esse signatoris in [illegible] et [illegible] suo nam si fuerit

in longitudinibus mediis erit res in medio inter
superficiem terre et aquam fodere exhibentem et si
fuit in longitudine longiori vel propinquiori sic
hor erit ab illo medio res elongata in sursum
vel deorsum. Hora autem electa ad effodiendum
rem illam est cum fuerit luna fortunata iuncta
vel applicata significatori rei eiusdem et si cum hoc
hor ille fortunatus fuit, eo melius erit. Si vero in
hora extractionis fuerint infortune in angulis
magnum prestant impedimentum et occasionem non ha-
bendi. Sis igitur cautus et discretus in hiis que di-
ximus quia scriptum est non omnibus omnia sed quedam
quibusdam datum est nosse misteria Amen

Incipit Summa septima que est de electionibus continens octo capitula. Primum est de consideratione electionum in generali

Verum ut ait doctor sanctus in summa contra gentiles quamvis deus solus ad electionem hominis operetur tamen angeli et corpora celestia ad eandem possunt operari. Actio enim angeli est per modum persuasionis et actio corporis celestis per modum dispositionis deus autem utrumque operatur per modum perfectionis licet tamen sepe eligit homo quod angelus custos intendit licet et illud ad quod corpora celestia inclinant Semper tamen hoc eligit homo quod deus operatur in sua voluntate. Unde nihil tamen hoc prohibet quin aliquis homo habeat ex impressione corporis celestis aliquam efficaciam in aliquibus operibus faciendum quam alius non habet utputa medicus in sanando agricola in plantando et miles in expugnando hanc perfectionem multo perfectius deus hominibus largitur ad sua opera efficaciter peragenda et quamvis deus eminentius hominem dirigit ad eligendum id quod in mente ipsius efficit potest tamen homo per corpora celestia adiuvari per hoc quod eligat aliqua hominia ad finem in hoc quod efficaciter consistunt per virtutem a superiori causa adeptam sic medicus in medicamine confectorum habeo in totali administratione horam electam perficiat velut sicut agricola in plantando tempus convenienter expectat et miles in expugnando ut vincat. Et ideo dicit Albertus quod qui electionem hore laudabilis non veneratur arbitrii libertas quin potius in magnarum rerum inceptionibus electionem hore contempnere est arbitrii precipitatio non libertas. Cum in hoc concordati sunt omnes philosophi quod non sciverunt horam impregnationis ~~[illegible]~~ alicuius intrans vires per eum quid fiat de fetu donec inspicietur et quousque egrediatur ab utero et forte quid usque ad obitum ei acciderit. Hoc enim indicant astrologi per nativitates nisi quia hora impregnationis non potest certificari. Unde inquit Ptolomeus hora nativitatis est eius initium. Quare igitur [illegible] in optimis conditionibus [illegible] quare non eligemus horam [illegible] suscipiendi [illegible] libertum [illegible]

verti gravatos timerit ut eveniant nato bona que
ex facie librorum nativitatum · astrologus futura pro-
nunciat Quare iterum non eligemus horam farmacie
exhibendi · si timerimus quod ascendens et signatores sint in
signis ruminantibus et precipue si luna fuerit in cancro
provocatur vomitus Et cum hoc si fuerimus oportet
cavere ab aspectu utriusque infortune saturni videlicet et
martis Eo quod saturnus medicinam constringit mars vero
eciam ad sanguinem educit Et cum hoc Et cum hoc si
fuerimus quod luna coniuncta cum Iove In acceptione pur-
gatorii minuitur angustia. Rursus in magisterio
cyrurgie quare non cavebat facere incisionem luna
existente in signo cuius dominus super illud membrum tum
enim est membrum valde reumaticum et dolorem
reuma provocat Et dicit voltus se vidisse quasi
infinita inconvenientia ex eius inadvertentia accidi-
sse · Sicut narrat de quodam qui in capite fistulam
paciebatur que incisa fuit luna existente in hora qui
super partes illas dominium habet per quendam miserum
cyrurgicum utriusque scientie ignarum medicine scilicet et astro-
nomie absque vene incisione et per alia cum conabatur
inter manus eum tenentium involutus est mortuus eadem hora
Tamen cum non videatur ab aliqua causa efficiente subito acci-
disse ut sunt oppilationes ventriculorum cerebri aut
lesio spiritualium aut defectus Inveni me eciam vidisse
quandam mulierem que inter ceteras optime complexiona-
ta videbatur cui propter sanitatem conservandam apta
fuit vena salvatelle manus dextre per quendam ci-
rurgicum ignarum luna existente in geminis que post inci-
sionem non comedit neque bibit Sed in 3o die mortua fuit
Erat autem tunc luna in geminis intrans sub radiis so-
laribus in octava domo in oppositione martis et in cto
aspectu saturni eius dispositore · Dicit tamen gordonius
medicus quod semel luna existente in geminis fecit fleu-
botomiam et nunquam fere melius evenibat casus autem ille
valde periculosus fuit verumtamen cum luna fuit in signo aspici-
ente membrum incidendum fuit sub radiis ab ascendente et
in aspectu benivolo non impediebatur et ideo non suffecit
simpliciter dicere luna existente geminis vel huiusmodi accidit bene
vel male In fleubotomiis vel incisionibus plagarum co-
dicos atque locorum circuli non aspiciendo · Sicut vides
quosdam aquando parientes febrium acutam cui per forte
bibicionem vini puri facilius sanari potest Hec tamen semper
non tenet Ceterum autem si inter electionis aque feniculi
inveniatur Ut est indumenta nova inde vel
induere luna in leone existente et huiusmodi attendere debemus

Et ptolomeus cum esset vir tante auctoritatis non dixit hoc nisi
ut maiora significaret. propter hoc enim volo dicere quod signa
fixa sunt utilia ad illa quorum stabilitatem volumus
et in prima inductione cuiuslibet nati hoc intelligi dixit propter hoc
demum scias eligimus horam laudabilem incipiendi
cuiuslibet operis cuius nativitas nota fuerit per convenientiam
domini rei cum significatore nativitatis eiusdem Et si fuerit igno-
ta eius nativitas Accipe demum ei interrogationem certis-
simam eo quod homo qui interrogat illa provenit ex nativitate
sua ad bonum vel malum Et significant eius
nativitatis et pro loco nativitatis accipitur interrogatio per ra-
dicem eo quod nativitates sunt res naturales et interrogationes
sunt similiter naturalibus ut superius ostensum est Hanc sci-
entiam tradidit Zahel benbrit in libro electionum qui sic
incipit Omnes concordati sunt et in libro electionum Haly
Rogasti me carissime Certe sunt quidam libri qui de
hiis et aliis superdictis tractant Ut est liber 100 verborum
ptolomei conveniendarum ad hoc et ad illud et liber 70 pre-
ceptorum Zahel Unde quod signatum luna et liber al-
masoris Signorum dispositio est dicta

Capitulum 2m de regulis communibus et cautelis cum electionibus ad primam quartam ascendentis circuli pertinentibus

Iam autem circulis limitibus prius claudatur intentio. Si-
gnatior quantitas zodiaci in 12 cap. sciam electionum
tradere satagemus In primis igitur naturas et signorum respectu in
omni electione sunt attendende Quoniam signa mobilia mobi-
litatem rerum significant fixa stabilitatem Et communia retentionem
In mobilibus namque bonum est omnem rem incipere cuius
mobilitatem volumus sicut emere vendere seminare intrare in-
firmam visitare firmas et huiusmodi In eis utile est pere-
grinari Et in mobilibus est promissio mala de plantatione et
fundationis positione In ipsis vero accidit infirmitas mutabiliter et
frigidior reverteretur et plus mora fuerit aries et cancer magis
aut temperata sunt libra et capricornus Signa fixa cuilibet
operi congruunt cuius stabilitatem et temporis prolongationem querimus
ut edificare plantare nuptias celebrare amicitias
firmas et huiusmodi leonem fixorum de scorpio et ceteris
tardior est leo In signis autem communibus quicquid inceptum fuerit
sepe iteratur et maxime de emptionibus et venditionibus negotiationibus
atque scientiae sub mercurio in eis utiles sunt [illegible]
regimine et [illegible] sub luna [illegible] in ipsis laudabile
est Sed nuptias in eis celebrare et amicitias firmare

mobilia et. In die eligantur signa diurna et in nocte no-
cturna et directa tortuosis sunt meliora. Sed in rebus
masculinis signa masculina et in femininis feminina obser-
ventur. In rebus igneis ignea et in terreis terrea et
in aqueis aquea eligantur. Omnes electiones que fiunt super na-
tivitates patris et filiorum et maxime primogenitorum
aut super revolutiones annorum fortes sunt. Que autem
per interrogationes debiles sunt nisi in potentibus. Non est
igitur eligendum aliquid melius vel utili nisi super has radi-
ces quas nominavi. Et si ignorentur fiat electio secundum naturam
rei. et significatorem illius directum ponas in loco forti
et dominum domus rei sole et luna atque dominum hore aptes
melius quo potes. Ascendens quoque et dominum eius atque partem
fortune. Et caveas ab impedimentis lune. In omni electione
summe cavendum est ne ponatur in ascendente signum domus sive
nativitatis vel puta 6m 8 aut 12m aut signum in quo fuit
infortuna tempore radicis quia fortissimum erit contra malorum mali
et nocumenti ipsius quod fortune quas eligis. Cave dominum
malorum locorum tempore radicis. Dicit ergo tamen in hoc quod non
tamen fortune promovent vel infortune impediunt di-
rit enim Ptolomeus. Cum electiones conveniunt cum nativitate et fortitudo
electionis in fortitudine convenerint. Si autem discordaverint fortitudo fe-
torum apparebit et [illegible] nocumentum minuabit licet in aliquo
conferet. Et si in nativitate elegerint planete quod elegit
eligens nullum vel modicum profectum in electione apparebit hec
in electione facias antiqui noverunt nam rei eligende atque
fortitudo volunt querentis erga ipsam vel faciat certum con-
venire enim ipsa re hec considerant celestem solummodo nam
secundum est an dominus electionis eam potest adipisci eam autem considerata fu-
erit qualitas rei ad electionem aptetur almutam nativitatis
in aliquo angulorum et melius super eam liber a malis dominus
eius fortune. Si autem impeditus fuerit extra angulum
ponatur in sequenti char radicem scilicet almutaz re-
volutionis nativitatis et profectionis pars quoque fortune nativitatis
et revolutionis. Vel quoque ascendens et medium celi radicis ascendens
electionis si fuerit liberum a malis et sit in eo fortuna
vel eas aspiciat a 3o vel 6li et erit melius. Si autem
impedita fuerint opera per signum revolutionis vel profectionis radicis
et caveas semper a domo 6i 8 vel 12 nativitatis. Malus si fuerit
dominus nativitatis non impedit. Unde dicit Ptolomeus intempore malig-
nus oportet in electionibus quemadmodum phisicus subtilis aliquan-
tulum venenum admiscet. Et si hec que dicta sunt fieri
non possunt ponatur dominus rei nativitatis revolutionis vel profectionis
in ascendente electionis liber a malis et aspiciat eam sine dif-

difficultate. Deinde aspice domum nativitatem que si in
hoc anno aliquod malum sibi significaverit non incipiet
aliquod opus grande in hoc et precipue illud quod pertinet
ad illud malum quod significatur. Si tamen illud incipere oportet
ponamus planetam illum malum significatorem cadentem et ap-
temus ascendens melius quo poterimus et ponatur bonus vel
radii eius in loco quo fuerit ille malus in radice.
In hora eclipsis nullum opus incipias maxime si fuerit
in signo ascendentis nativitatis nec in eius triplicitate a 10
domus 9us vel preveniens qui precessit electionem si fuerit
orientalis in domo sua vel aspiciens eam 3o aspectu
hora electionis sit effectum rei. Si non aspiciat nulla erit
utilitas. Domini triplicitatis lune hore domus vel preven-
tionis sunt custodes nativitatum et omnium electionum qui si re-
cepti fuerint in hora electionis sit bonum et econtrario eodem modo
si fuerint dominus domus vel preventionis in angulo inceptionis
vel interrogationis in omni tempore perficietur illud quod apta-
re volumus. Omnis inceptio prava est cum luna iuncta
fuerit planete retrogrado. Luna iuncta saturno vel
Jovi lumine aucta et numero ad omnia erit bona. Si
autem diminuta fuerit ad omnia et mala contrarium intelligitur
de marte et venere. In factis electionum non ponas lunam
in ascendente quia est contraria ascendenti nec solem nisi fuerit
in ariete vel leone. Abhorrenda est omnis inceptio in
potentibus dum impedita fuerit 9o vel opposito precedens. Si ipsa
separatur a venere vel opposito luna postea iungatur infortu-
nio finis rei quia diligitur erit malus et econtra. Locus rei principium
sit domus rei medium et dominus domini rei finis. Eiusdem or-
dinem tenet ascendens et dominus eius et domus domus ascendentis
hec in electione aptes et processum rei nimium cognosces cum
firmata fuerit electio et luna impedita pone impedien-
tem domini ascendentis vel Jovem in ascendente aut in medio
celi et salvabitur. Non ponatur dominus ascendentis plane-
ta cui iungitur luna [illegible] a sole assimilatur cum homini
fesso. In mutuis aut depositis non sit Jupiter sub radiis
vel impeditus quia restitutio cassabitur aut nulla erit et
si fuerit malus in 2o cum difficultate restituetur. Si
benivolus cum benignitate. In accomodatione pecunie sit
~~[illegible]~~ luna discrescens in leone piscibus vel scorpione sagittario
vel aquario sit quoque fortuna respiciens eam vel ascendens.
In accomodatione pecunie si fuerit mercurius coniunctus
a marte et [illegible] extra nodos et via combusta [illegible]
est. In accomodatione pecunie non sit luna in primo [illegible]
leonis vel sagittarii nec in ascendente ponas eam in signo
[illegible]. In participatione [illegible] [illegible] sit luna recepta

ex trino vel sextili et si cum luna sedam inspexit apta luna et mercurium dum quod domus sue et gaudium domus fiduciae sit quod luna iuncta mercurio et mars cadens ab utroque Et si fuerit mercurius retrogradus fac eum cadere a luna et marte Emptor utilis et ementi cum fuerat pars fortune In domibus Jovis cum fuerit luna aucta lumine et numero in signis directe ascendentibus inutilis est emptor ementi sed utilis vendenti Mars vel cauda draconis lunam vel mercurium occupaverit omnem vendicionem et emptorem impediunt Omnis vendicio bona vendenti dum fuerit luna in exaltacione vel triplicitate sua separata a bonis et applicans malis In opere alkimico signa communia conferunt in quibus signatores rei adaptentur ut sol in auro et in argento luna In omni societate signum leonis est melius Aries vero deterius Capitulum

tertium de regulis electionum etc. 2 etc.

Amplius autem considerandum est de electionibus ad sedam opera pertinentibus secundum ordinem ~~domorum~~ ab edificiis inchoandum Omne igitur edificium cuius signatores fuerint applicati planetis sub terra existentibus non consummabitur Ancilla vel cum stellis fixis in constructione urbium et cum erraticis in edificacione domorum Omnis civitas edificata marte existente in medio celi vel stella fixa ex eius natura plures principes suos in gladio consummabit Sic igitur ibidem Jupiter vel saturnus Omne edificium in cuius inicio fuerit saturnus in ascendente vel ex eo luna sibi coniuncta fuerit vel cauda tarde consummabitur Vel consummatum tandem erit quod in eo habitatores infirmitates et tribulaciones Omne edificium inceptum marte in ascendente in circulo sive angulo et ipso lunam impediente tandem vel comburetur Omnis fabrica incepta dum luna fuerit meridionalis descendens in scorpione vel piscibus cito destruetur In edificacione urbium vel castrorum sit ascendens signum fixum terreum vel aquaticum similiter signum lune et dum ascendens sit quod luna aucta lumine et numero currens ad exaltacionem suam vel ad fortunas in exaltacionibus suis existens apta quod fortuna saturnum et fac cadere martem In structura vero aliarum domorum scilicet studiis aptetur mercurius tabule vel ludi venus horum et plantacionibus Jupiter Opus vero destruentes edificiis contrarium est huic et tunc non sit luna vel dominus ascendentis coniuncta planete retrogrado licet per se retrogradus sit quod luna in ultima quadra sit etiam iuncta planete sub terra existenti In edificacione molendini sit ascendens libra

Retium piscium aut venacionis sit quod luna in eo Et caven-
dum est ne sit luna in cancro vel capricorno apud
ipsos enim sunt dies [illegible] In cavacione fontium vel deduc-
cione fluminum sit saturnus orientalis et dominus ascendentis
liber a malis sit quod luna sub terra in signo fixo
nec sit iuncta saturno [illegible] aspectu quod Iupiter nec sit
malus in medio celi Signa et aquatica in ascendente et
pro loco lune eligantur In fabricacione navium sit ascen-
dens [illegible] aspectu quod dominus ascendentis et luna in signis
fixis sit quod velocis in motu suo et si sit [illegible]
aspectu mars In [illegible] ut Iupiter fortificetur et dominus
[illegible] vel precedens salvetur quod locus [illegible] qui locus
navium et sit luna super terram Signa aquatica in [illegible]
et conferant similem observanciam requirit pulsio navium in
aquis vel emere eas Impetum martis [illegible] est in navibus
nisi fuerit in medio celi vel [illegible] nam si fuerit in hiis lo-
cis depredabuntur naves et si fuerit cum stella sue nature
ardebunt naves cum omnibus que continent In plantacione
arborum sit luna in signo fixo et dominus domus eius
aspiciens eam in signis aquaticis sit quod ascendens fixum vel
commune et dominus eius orientalis In seminacione sit ascendens commune
et dominus eius liber a malis in signo aspiciens dominum
domus sue sit quod luna aucta lumine et numero et si
fuerit luna decrescens lumine et numero sub radiis peribit se-
men illud In electione generacionis filii sit ascendens et dominus eius
luna et dominus domus filiorum in signis masculinis aut de
masculina in tali hora In generacione femelle fiat per contrarium
contrarium Cum filium volumus tradere disciplinis sit luna aucta
lumine et iuncta mercurio et [illegible] mercurius in a-
scendente sit quod mercurius directus sine impedimento cum fuerit
fantasma vel [illegible] infestacio terribilis ab aliqua
domo prohibens ingressum vel carmen ad expellendum sit luna
separata a malis et iuncta bonis nec ponatur eam in
leone cancro scorpione aquario nec aliquam horum ponas
in ascendente Age in rebus clandestinis dum luna fue-
rit sub radiis et non dum exierit Res enim magis
erit occulta cum eius significator sub radiis solis fuerit
vel sub terra aut in aliquo loco domo non aspiciente domum
vel exaltacionem suam Et magis erit apparens cum eius significa-
tor sub radiis solis exierit vel cum fuerit in angulo nec
sit [illegible] vadit ad exaltacionem suam Revelabitur
statim secretum occultum quod erit dum luna et plane-
ta cui [illegible] fuerint in signis [illegible] et in [illegible]

vel oppositus eorum. Et qui occultauit se dum fuit dominus coniunctionis vel preuentionis in medio celi detegetur cum inicrem impugnare intendit si dominus ascendentis vel luna in 7o vel cum domino eius coniuncti absque infortuna impedito

Capitulum quartum de electionibus circuli ascendentis tercie quadre

De rebus autem que spectant ad reliquam quartam consequenter inicium a coniugio sumus prenotando quod in omni firmatione coniugii eligenda sunt mobilia pro loco lune et ascendentis tollendo impedimenta malorum et cauide ab utrisque. Sed in copula maris eligantur signa fixa pro loco lune et ascendentis verumtamen signum scorpionis vituperatur quia sit velocem eorum separationem. Signa autem communia utilia sunt maxime preter virginem autem ... Dicunt autem quidam quod reprobatur in matrimoniis presentia lune in tauro sic et in virgine propterea in matrimonio viduarum esse viri nubentis et sole in ascendente perpenditur sic esse utilis ex luna et septimo. Ideo quod fiat apta horum si hoc nulla utilitas erit coniugio cum venus sit impedita vel aspicientibus malis aut in domibus vel terminis eorum sit quod fortuna in medio celi ea que secundum legem sunt fortune adminiat et mali destruit. Et vero contra legem maligni adminiat et forte impediunt ... querens ... secundum legem ... ad primum et contra legem ... ad secundum ... declarant ... cuiuscumque rei cuius amorem querit sit quod in ascendente vel ipsum beniuole aspiciat aut dominus eius. Nec sit luna careens aspectu vel ... in peticione rei quam optas. Nec sit in loco ubi non recipiatur nec committat dispositionem planete sub radiis existenti aut retrogrado. In ... autem ad bellum aspiciat mars ascendens ... 3o vel sextili ... in eo dignitatem nec ponas eum in ascendente sed aspiciat dominum ascendentis beniuole. Sit quod dominus ascendentis fortis in signis directe ascendentibus nec impeditus. Bonum quod erit ut sit dominus ascendentis infortuna ... ei et impediens eum ... quod sit dominus ascendentis ... aspiciat quod dominus medii celi ascendens ... in eo dignitatem nec aspiciat ... nec maiorem in ipso habeat dignitatem quod in ascendente. Similiter dico de luna et de domino ascendentis ... sit ... hore ... que ... ad aliam ... Si quis ... ad bellum

arripuit vel bellum incepit timetur de perditione cor-
poris eius In xi vel x horis de vulneribus vel in-
firmitas suspicatur In hora ultima amissio rei vel
perdicio personarum sive ei concitatum Item in primis vel ho-
ris arare vel seminare et perdicio sperati fructus In xi
hora detrimentum eorum que seminantur In x vel ultimis
fit diminucio seminum Preterea duodene horarum sibi al-
ternantur horis equalibus et committentur simul eis in figu-
ra nativitatis et prime dantur soli qui est dominus triplici-
tatis per primis horis sequentes Iovi et quatuor reliquas
Saturno Post hoc alie duodecim hore dividuntur sic quod prime
quatuor dantur Veneri domine prime triplicitatis et sequentes
quatuor lune ultimas vero quatuor marti et sic hic
per triplicitates donec revertatur luna ad solem et
hec fit secundum horas inequales et hoc est quod dixit ptholomeus sperica
scilicet luna nativitatis cum fuerit luna in aqua scilicet erit eius dispo-
sicio secundum esse illius planete in cuius scilicet fuerit tunc luna et
sic coniungit unicuique planete scilicet quod de ipsis duodenis
sunt planetas equaliter dimidio Unde efficiuntur illi
quod inter illos 8 et unde scilicet multiplicentur per 1 faciunt 8 et
deinde revertitur octava duodena ad solem et fiunt
duodenarum duces et primus donec coniungitur iterum In
prima inceptione ad pugnam et proprie regum sit ascendens
aqua domorum planetarum altorum vel sit sol in eo
vel Iupiter orientalis sit quod tunc ipse quod dominus ascendentis fortis
nisi sit dominus septimi fortuna radicis nativitatis qui si ita
fuerit non debilitetur caveat igitur ab hora non est sol dominus
in ascendente hora belli nec rex cum dominus ascendentis nisi
fuerit ascendens Aries vel leo non incipiat rex ad bellum
dominus ascendentis iuncti ad dominum xi vel 8 Nichil prodest pli-
anti si dominus ascendentis in fortuna fuerit aut retrograda
vel sub radiis solis nisi fuerit sol in ariete vel leone
et in ascendente ut dictum est litem vel certamen non inci-
pias cum dominus ascendentis vel luna fuerint mali esse si-
gnantur in 8o nativitatis particulariter dubius victus eius ut dicit
Hermes si dominus ascendentis et dominus xi equales fuerint in
fortuna victor erit qui primo invaserit In ea parte in qua
sol et luna fortunabuntur inter ascendens et medium celi vel
ab usque quarta domum vincet quemcunque aut invadens in
aliis aut loca adversarius nichil expugnet civitatem cuius
dominus fuit dominus ascendentis anni mundi In concordia nuptorum
sit luna aspiciens ascendens ex 3o vel sextili sit quod dominus
xi et scilicet debilis et cadentes In retrahendo rex frangit
adversarios de loco suo sit lotus lune et ascendens Aries

Arietis geminorum virgo piscis sagittarius vel capricornus sit
quod luna iuncta uni ex fortunis vel sit una fortuna
in ascendente et dominus ascendentis cadens aspiciat ascendentem aspe-
ctu amicitie In omni venatione ponatur signum septimum
simile speciei venande vel signa quadrupedia in vena-
tione terre et aquatica in aquis et aerea in volatilibus
sit quod dominus 7i et luna in similibus et fortunetur dominus
ascendentis et dominus 7i debilitetur In omni itinere quod differre
non poteris si fuerit luna impedita sit cadens ab ascendente
et planeta impediens similiter In inceptione vero itineris atque re
ditum non sit luna in ascendente vel in 2o aut 7o nisi
fortassis in itinere brevi ponitur luna in ascendente vel 2o
In introitu aut civitatis aut domus non sit in ascendente
7o vel 2o. Dixit quod Ptolomeus caveat impediri 1i dominum eius
egredienti et 7i et dominum eius ingredienti. Luna tempore
cepti itineris cum fuerit in via combusta egrotabit peregrinus
in peregrinatione illa vel aliquas graves molestias
patietur. Luna in 3a domo salvata sit facilitatem iti-
neris prestat et quod minus sollicitetur de statu corporis sui
In itineribus signa fixa vitiantur mobilia commendantur
In itineribus levior est aspectus malorum ad ascendentem quam
ad lunam In itineribus super mare apta luna in signis
aquaticis preterquam in scorpione et caveatur a saturno nisi a-
spexerit eum Iupiter In passagium maris si fuerint luminaria
impedita quando dum fuerit luna in geminis vel capricorno solo
periculosum est et horribile In peregrinatione super terram apta
luna in signis non aquaticis et caveatur a marte nisi a-
spexerit eum venus non vero mars in peregrinationibus
aquarum sicut nec saturnus terrarum. dixit Dorothius In
peregrinatione aque si fuerit luna in prima facie arietis fa-
cilitatem significat In tauro tutus erit ab impedimento martis
Si aut aspexerit eam saturnus naufragium ei faciet In
2a facie geminorum tarditatem itineris et prospera salute In cancro
aut salute cum omni impedimento leo impedimentum facit et magis
si aspexerit lunam malus In virgine prosperitatem
et tarditatem atque [illegible] In libra in 10 gradibus
nullum iter incipias nec in scorpione In sagittario venien-
tibus angustiam ad optatum pertingat In medio capricorni medi-
ocre In aquario stultum et tarditatem In piscibus impedi-
mentum et defensorem nisi fortuna aspexerit lunam tunc
tunc [illegible] alleviabitur impedimentum exitus regis vel principis
penitus reprobatur cum fuerit cancer ascendens et dixit.
Almansor si quis ad regem accesserit luna existente in.

aquarius vel piscibus non curabit de eo rex Elige ascendens
eunti ad regem 10m sive interrogacionis vel nativitatis. Et eun-
ti ad negociaciones et 2m et petenti quinque septimum sit quod
fauens in omnibus quibus eligere volueris et in hijs ergo
lunam iungi veterum signatoribus vel opposita soli pro rege et
mercurio pro negociacione vel 10mi sive veneri pro coniugio. Si
fugeritur quis ponere dominum domus 1e vel 8e in ascendente vel
dominus cuiuslibet eorum committitur dispositioni domini ascendentis vel sic
dominus 1e combustus aut aspectus malivolo infortunatus
pro electione inter quatuor namque illa que magis insidet non
domine orienti quam nunc 10 2am septimo et cardini terre
et in angulorum fortune magis feliciter eligatur similiter quod
de alijs pro fortitudine domorum indirectae et maxime convenien-
tibus dominum ascendentis et luna vel alteri illorum coniungit nam
Saturnus frangit et subiungit Iupiter fortunas salutem
iam(?) gaudium et nam integritatem significat. Venus fecun-
dat et gaudere facit Mercurius peritum parat et si mars fuerit
in 10 vel 11 in aliqua stellarum nature sue vel de cor-
dibus signorum coniunctum namque et quietis quietem. Si
fuerit ascendens aquarius in elevacione celi et fuerit cum
hoc saturnus boni esse demum invenit magnum. Si
libra mediocrem et si geminorum ascendat fuerit quod mercurius
boni esse principis erit vera cum fortuna quadam.

Capitulum Quintum de electi-
onibus ultime quarte circuli ascendentis

Restat nunc de electionibus ultime quarte pertinentibus
et incipiens est a rebus 10e domus eo quod prin-
ceps regnum ingreditur et in sedem imperij sublimatur
fuerit quod ingressus diurnus et in sol saturno cito degra-
dabitur In nocte similiter pro luna estimetur. Quot gradi-
bus distat sol a gradu ascendentis tot annis mensibus vel
diebus regebit idem pro potentia regis et officij que a sole
accipitur in gradum medij celi et perficitur a gradu 10 et
ubi terminatur principatus ubi est pars eius loci termini domus
si est in domo vel exaltacione sua annos minores
perficere tribuit et si terminus est sub radijs aut dominus est
infelix aut in signo malorum vel termino vel adiutus
quot sunt minores anni tot menses vel dies accipies
volens conferri cum rege vel principe ad regnandum con-
tra pestem sit quod cum fuerit Iupiter in ascendente vel nono
et iungatur ei luna vel venus ex aliquo angulorum

et caveas prioriaz Iovis in leo vel ponas saturnum aut
martem in ascensione anglorum vel luna sub radiis In sub-
limacione regis in sede sui imperii sit ascendens et luna fixa sit
et dominus medii celi et dominus ascendentis liberi a malis vel dominus
ascendentis aspiciat ii ex amicicia Sed dominus xi et luna sint
in loco forti cum genericis regum aut dignitatis in ipsa
regione apta dominum medii celi in 2o ab ascendente et luna
In acceptione imperii vel regni sit ascendens leo et sol in
tharico in medio celi et luna in ascendente iuncta for-
tune aut domino medii celi Hora qua suscepit prepositus
potenciam aut villicus villicacionem sit quod saturnus inter
ipsum et dominum suum Et hora qua dignitatem intraverit
sit quod suum sit inter ipsum et populum sibi subditum. Primum a 10
et vii ab ascendente cognosce Cum fuit dominus domus ascendentis
hora qua intraverit aliquis dignitatem in domo xa vel
aspexerit dominum x et illic magnum dampnum in possessione
illa inferet Et eo peius si fuit Iupiter dominus x propter
contrarietatem inter fortunas et malignos cum pulsaverit dominus
ascendentis dispositionem domino xi aspectu amicicie magnas ex-
pensas prepositus aut villicus faciet Et si fuit aspectus
inimicicie perdet Si aut pulsaverit dominus xi dominum ascendentis
dispositionem ex amicicia lucrabitur gratiam populi Si aut fuit ex
inimicicia lucretur cum contencione et ira Cumque prepositus aut
villicus in domo fuit sublimatus fuit ii domus et eius dominus
mali esse sue substancie et familie male erit Et si fuit 2a
domus et eius dominus mali esse non lucrabitur apud
populum illum Si irata fuit et parcas non apparcas ei nisi
luna fuit deferens lumine et impeta Sitis de ascendente
et domino eius Et sit fortificata dominus et eius dominus Sed huius
contrarium facies cum ad eum volueris intrare cum ab aliquo rem
arduam petieris sit dominus ascendentis directus aspiciens
ascendens non tamen ex opposito sit et signum ascendens fixum et luna
sit aucta lumine aspiciens dominum domus sue ad personas
quibus supplicamus planetas adapta ut solem vel
dominum medii celi pro regibus Iovem pro iudicibus martem
pro bellorum ducibus venerem pro feminis nobilibus mercurium pro
scriptoribus et lunam pro mercatoribus seu mediocribus et
vulgaribus Iungantur et luna eis vel dominus ascendentis
ex apto loco et aspectu convenienti Et ad optatum
perveniet si deus voluerit Et hec sunt que de libris astro-
nomie et astrologie translatis ex corpore potuimus In quibus
nihil vel parum de meo addidimus nisi in primo libro
dumtaxat quedam que nobis videbantur convenientia

interposuis quae vel aliis corrigendis corrigantur. Consulimus ergo huius libri lectori quod caute et modeste de futuris iudicet certas et veras doctrine regulas imitando. Nam dicit Augustinus libro 7o confessionum capitulo 2o et 27o [illegible] de doctrina cristiana libro 2o capitulo 18 quod astrologus inquirit habet declarare futuris et preteritorum narrationem conformiter aliquid edicit quod fit inquirendo a preterito presentis motu sic sidereum et in preterita eorum vestigia vigilata habet cognitionem ad qualis sibi certas et futurorum certas non superstitiosas et criminosas sed veras et certas tenere

Capitulum sextum de distinctione scienciarum exceptivarum

In principio secundi libri premissa editos tractare promisimus de quibusdam scienciis exceptivis que falsis similantur sub clamide facultatis Astrologie simplicium intelligenciam et erroris abissum precipitant. Que autem omnes scientie exceptive sub nomine magice comprehenduntur. Igitur sciendum quod magica dicitur a magnitudine scientie. Unde enim grece magus sonat hebraice rabi latine vero magister solet appellari. Unde magica prima sui divisione dividitur in mathesim et mathesim. Dicitur autem mathesis a mathesos quod abstractum sonat vel divinum quasi divinatoria scientia in abstracto. Mantica dividitur in 4 species scilicet piromanticam aeromanciam ydromanciam et geomanciam. Piromancia dicitur a pir quod est ignis et mancia id est divinatio que fit per inspectionem quarumcumque figurarum atque formarum apparentium in flamma ignis qui fit ex lignis certis per acquirendum allatis. Si autem huiusmodi divinatio in aere fit aeromancia dicitur. Si in aqua ydromancia vocatur. Ydros enim aqua dicitur que quidem fit per inspectionem umbrarum demonum in aqua invocatorum edificatos eorum videre et ibi aliquid ab eis audire credunt quamvis divinacionis a ipsis allatum. Geomancia dicitur a geos terra et mancia divinatio. Ipsi namque geomantici in arena punctata sine numero protrahunt ex quibus secundum par et impar 16 figuras colligunt de quarum numero quatuor matres et 4 filias cum 4 bellantibus 12 signis celi attribuunt per quas sequuntur ex astro atque Indeo. Habet quidem scientia magnam apparentiam habet enim astronomia eo quod ipsi per figuras illas tamquam per planetas et signa futura pronunciant preterita videre et futura narrant ut estimant ipsi eius fundamentum

in sortilegio radicatur Illicita tamen est nec vitatur quicquid
in se continet Et si cuius secretatores verum intendunt pronunci-
ant ex casu est. Nam ut dicit poeta q simulat verum vel
falsa figurat Hanc scienciam tradiderunt Indi in libro
estimaverunt Indi Et magister Gerardus cremonensis Et
Bartholomeus de parma. Mathesis dividitur in theurgicam et
almandal. dicitur enim theurgica a theos quod est deus et er-
go quod scientia urgens deos Et dividitur in theurgicam ma-
iorem et minorem Theurgica maior continet has species scilicet matho-
manciam et nigromanciam Mathomancia est de advocacione an-
gelorum cuius inventor fuit Arphaxat Nigromancie inven-
tor primus fuit Belial et Architas et huius sunt libri prin-
cipales Primus est clavicula Salomonis greci in quo tracta-
tur de exorcismis et figuris de vestimentis et instrumentis
requisitis ad nigromanciam et est liber introductorius Secundus
est liber officiorum spirituum malignorum Tercius est liber liberum
consecracionum Quartus est liber Semiphoras qui plenus est
de karacteribus ignotis et operibus superstitiosis divinacionis
scilicet angurium aruspicium veneficium sortilegium et prestigium
Augurium dicitur ab angere quod est avis et garrio quasi
in garritu avium divinacio Aruspicium dicitur ab aris inspe-
ctis per sacrificium deorum vel demonum. Veneficium et
maleficium dicitur genus divinacionis quo ita nobis demones sub-
veniunt ut nobis parant Sortilegium est divinacio per sortes
cuius plures reperiuntur libri Secundum almandal dicitur quia alta
divinacio et continet sub se scienciam totam ymaginum tam nigro-
manticarum que sunt cum impressionibus caracterum et con-
iuracionibus quam etiam naturalium in quibus nil suspectum admi-
scetur Imaginum nigromanticarum ex est modus quorum unus
est abhominabilior que invocacionem exigit et sunt ymagi-
nes secundum grecos et germanos babilonenses in libro stacionum ad
cultum veneris In quo plures continentur tractatus scilicet de
speculis anuli caracteribus et ymaginibus et incipit sic
commemoracio istoriarum Alius liber Beleniti ibi ymago pa
et Hermetis ibi Bromeke et ptholomei In quibus exorzi-
zantur ymagines per 7 2 nomina angelorum sive de-
monum et scribuntur in eis vel nomina huiusmodi pro re ma-
la et recto ordine pro re bona Et suffumigatur pro
re bona cum ligno aloes thure et balsamo. Pro re
mala cum resina sandalo nigro et galbano Et ut
reddant se aquatenus fidedignos observant eas man-
siones lune et horas diei et noctis cum quibusdam
nominibus earundem horarum et mansionum operum hec

idolatria quae absit a christifidelibus operatur eius. Alius
autem modus est suspectus qui licet invocationes detesta-
biles non divulgat est tamen incommodus et contagiosus propter
ignota nomina contenta sub quibus plurimum fit occultus actus
cum demonibus et eorum cultus. De quo est liber quatuor
annulorum salomonis qui sic incipit De arte eutho-nica
et ydaica et liber 9 candariarum ibi locum adinvenit et
duramus Item de tribus figuris spirituum qui dicuntur principes in
4 plagis terre ibi dicunt de rebus Item primus liber de
sigillis ad demoniacos ibi capitulum sigilli gaudet Item
liber machometi de 50 nominibus ibi dixit machome-
tus Item liber de 24 nominibus eiusdem ibi hec sunt no-
mina 24 et liber institutionis Rasiel in quo tractatur
de diversis exprimuntur per nomina rerum celi maris ignis ven-
torum cardinum mundi signorum et planetarum et ange-
lorum eorum secundum quod singula eorum in diversis temporibus diver-
sa nomina sortiuntur et incipit sic In prima huius oper-
is patet Item alius liber de capite saturni ibi Qui vult
habere secretissimum Et hos libros sequitur liber lune qui sic in-
cipit Probavi omnes ymagines Item liber belenum de 4
ymaginibus Et liber eiusdem de horis ymaginibus mercurii Et alius
eiusdem de karacteribus annulorum et sigillis ibi dixit expositor
Item liber Solomonis [illegible] plurimas ymagines Item liber
ymaginum martis liber ymaginum iovis et liber yma-
ginum saturni Et hos libros sequitur unus qui sic in-
cipit tractatus octavus cuius actor fuit hermes Item
liber quem edidit Iob de Arabia qui sic incipit Dixit
fontis influentia Sed omnium librorum pessimus est quem scripsit
aros ad alexandrum qui de morte anime ibi dicitur vere pro-
prie est et alius liber qui dicitur almadel salomonis in quo
tractatur de officiis et alium quem dicunt sanctum Ieroni-
mum composuisse quod non credimus eiusdem conditionis est in
arte notoria quae est de scientiarum notitia acquirenda per
orationes cerimonias et abstinentias hanc conscripsit salomo
grecus et composuit eam apollonius Tertia vero ymagi-
num nefandum et omnium sordentium spirituum eliminans quae
solum a figura celesti virtutem nanciscuntur Et si fuerint viri despe-
ratos vel [illegible] amoris spe mulieris ab aliquo loco de quo
fuerit amor requisitus. Accepto prius interrogationis ascendente
certissimo et si eius significatoris abscisionem significaverint
fundatur ymago sub ascendente similis esse interrogantis et
sub ascendente eiusdem interrogatoris infortunato ascendente et
domino eius a domo domini eius vel per aliud malignum a-
spectum sine receptione infortunata quoque luna et domino

domus eius per fortune et domino eius atque domus hore
remotis quoque infortunis ab ascendente ab angulis eius et a
triplicitatibus ascendentis. His et aliis conditionibus obser-
vatis sepeliatur in medio loci a quo fuganda fuerit
species illa. Posito quoque in ventre ymaginis ... et
... eius loci in ... aut ... sit opus ...
sed sub hora electa et credit effectum a virtute celesti
iussu altissimi et hoc est quod dicit Ptolomeus vultus huius
seculi vultibus celestibus sunt subiecti et ad hunc ideo
sapientes antiquitus stellarum in celestibus ymaginibus observa-
bant et ymagines elementales formabant ad id quod
volebant. De hiis ymaginibus invenitur liber Thebit
qui sic incipit Dixit Thebit Benchorat in quo sunt
ymagines super fortuna et impedimento super res et nego-
ciaciones super principatu et prelacione super coniunctione et
separacione. Est et alius liber qui dicitur Opus ymagi-
num Ptolomei. Sed omnium librorum perfectissimus in hac sciencia est
liber quem scripsit sapiens peritus in artibus Grecorum peritis-
simus in quo licitum ab illicito separat nequam spiritum
conficiendum eligit secreta pandit viam et modum ostendit
et occultas rerum naturas enucleat ad cuius intellectum nemo
pertingere potest nisi peritus in quadrivio fuerit eruditus.
De hiis ymaginibus naturalibus loquitur Albertus dominus ...
lis videntur exorcismi esse vel invocaciones sed dicatur in
